ORATIONES IGNATII BOMPLANI SOC. IESU. DE PRINCIBUS ET PRINCIPATIBUS

Ignazio Bompiani, Giovanni Battista Coccini

ORATIONES
IGNATII BOMPLANI
SOC. IESV.

DE PRINCIPIBVS
E T
PRINCIPATIBVS







ROMÆ, Typis Vareſij. MDCLXIX.

SVPERIORVM PERMISSV.

Goſwinus Nickel Soc. Ieſu Præpoſitus Generalis.

CVm Orationes P. Ignatij Bomplani noſtræ Societatis Sacerdotis aliquot eiuſdem Societatis Religioſi recognouerint, & in lucem edi poſſe probauerint, poteſtatem facimus, vt typis mandentur, ſi ita ijs, ad quos pertinet, videbitur, cuius rei gratia has literas manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas damus Romæ 12. Februarij 1661.

Goſwinus Nickel.

Locus † Sigilli.

 2 Im-

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. Patri Mag. Sac. Pal. Apost.

I. de Ang. Archiep. Vrb. Vicesg.

Imprimatur,

F. Hyacintus Libellus S. P. A. Mag.

AR-

ARGVMENTA

ORATIONVM.



INDEX RERVM.

A

B

C

D

E

Fer-

Ho-

Li-

Otho-

Re-

R

S

Tem-

T

V

	Errata	*Corrige.*
4	Coneeniet	conueniet
5	emicuetit	emicuerit
25	ſee	ſed
57	carapus	campus
65	calumnia	calumniam
140	ſuſcipitur	ſuſpicitur

REX

REX MAGNANIMVS PHILIPPVS IV. HISPANIARVM REX



ORATIO I.

INter atrocia fatorum oſtenta, quibus præſens fortuna terrarum agitatur, fortaſſe nihil contigit vel nobis vel poſteris lamentabilius acerbiſſima mortis iniuria, quam hodierno funere lamentamur; non quia cecidit innumerabilium prouinciarnm, populorum, principum Regnator

in vtraque Solis plaga ter maximus; Hic enim est vetus Naturæ ludus, ostentare potentiam per ludibria potentiæ: ac deturbare adorata Gentis humanæ Capita è principatu potestatis in vltimum imbecillitatis, è splendoris gremio in sinum squaloris, è regia in sepulcrum, è solio in vrnam; vt intelligamus omnia cadere; sed quia cecidit PHILIPPVS QVARTVS Hispaniarum Rex: quo stante stetit magna ex parte Orbis Catholicus & Christianus. En Orientis, Occidentis, Septemtrionis, Austri spes & opes quodammodo positas in lubrico; vertitur enim terra, dum terræ fundamenta vertuntur.

Quoniam vero Maieſtas regitur Diuinitatis arbitrio, & ipſa potentiæ Chriſtianæ damna ſunt diuinæ beneficia Prouidentiæ, intereſt quoque ſapientiæ, temperare dolorem tum religione per ſacræ mœſtitiæ vmbram ſplendidam & honorariam; tum recordatione qnadam virtutum, quibus Rex tantus excelluit, vt qui profuit imperio dum vixit; poſt quam vixit, profit exemplo.

Cum autem Magnanimitas & fuerit propria Philippi virtus, & Ariſtotele teſte, conſletur ex virtutibus; oſtendam ex formula veritatis, Philippum Quartum fuiſſe REGEM MAGNANIMVM. Sic oratio

coneeniet apparatui : dum exponuntur faces mortalitatis indices, exponentur & virtutes vindices immortalitatis: Apparatus materia est magnificentia, Orationis argumentum erit magnanimitas.

Habet Rex duplicem coronam capitis & mentis: Diademate Caput Regis, Mens Regis magnanimitate coronatur; sed quemadmodum Diadema constat ex gemmis Rege non indignis, ita & magnanimitas virtutibus, quæ Regem decent.

Harum prima est Modestia, seu Moderatio eò magis necessaria magnanimo Regi, quò magis arduum est, potentiæ ponere modum, & frænum inijcere licentiæ: magnani-

nimitas arrogantiam induit, si exuit modestiam. Idcirco Tiberius Imperator eam veluti Principum propriam expressit Clypeo Coronato; Clypeus ensem moratur, modestia potentiam.

Quam regiè virtus hæc in Philippo emicuerit indicauit eius parens Philippus Tertius. Hic moriturus & sibi, & Regno gratulatus fuit de tali Successore, qui præferebat maturitatem in pueritia, in Aurora meridiem. Inerat illi status corporis erectus, ingenuus, sed æqualis temperatione humorum & morum; inerat sanguis Austriacus ex pleno fonte generositatis Hispanicæ ac Germanicæ, ex Maioribus

qua Regibus, qua Imperatoribus; ſed inerat quoque memoria ſortis humanæ, vt nunquam deſpexerit per pompam regnandi ceu minores, quos per naturam viuendi ſuſpiciebat vti pares; Inerat indoles viuida ſed placida, ſagax ſed quieta, ſpirans mineruam ſed pacatam, maieſtatem retinens & humanitatem: Frons decora recreabat aſpectu, ſupercilio non terrebat: Ornabat grauitatem color, ſed ſpecie verecundiæ: Habitus nec oſtendebat Dominatum nec ſpernebat: Sermo erat compoſitus ad fidem & benignitatem citra aſſentationem, citra iracundiam, citra iniuriam: Neminem offendit verbo, geſtu, motu, nec

voluit offendere. In deliberationibus eius consilia reliquis præferebantur ob prudentiam, sed ipse suis aliena præferebat ob modestiam. In tota denique Dominatione semper quidem sustinuit personam Regis, sed tamen cum ea coniunxit personam priuati hominis erga se, erga alios Amici. Sic dignitatem sustentauit modestia. Fuit illi oblatus liber, cuius argumentum erat ipsius Philippi magnitudo. Vidit; atque ad Autorem conuersus, inquit: Aliam in me non agnosco magnitudinem, quam humanæ imbecillitatis. O verè magnanimum Regem! vera magnitudo est vel non agnoscere magnitudinem, vel

si agnoueris, negligere.

A modestia itur ad pietatem. Hisce duobus momentis magnanimitas libratur, modestia, ne sit in homines audax, pietate, ne contumax in Deum. Ideò est proprium magnanimi, colere Deum.

Quantum Philippus indulsit pietati? Quanta maiestatis demissione Templis intererat, memor, Templum esse Dei Regiam, & ibi Regem supplicare, non regnare? Statis Anni diebus sacras Ædes religiosorum Ordinum adibat, vt, cum Rex sit primarius Dei administer, esset reliquæ Dei familiæ stimulo, ac solatio. Quanta obsequij magnificentia Eucharistiam & accipiebat

&

& deducebat ? Cum illa per vrbem, vel ad Ægrotos deferebatur, aderat ipse abiecto Diademate, facem pro sceptro ferens, capite nudo excipiens pluuiam & æstum more serui: Decet a Rege velari maiestatem regiam, dum Deus velat diuinam. Quanta caritatis industria complectebatur Deiparam & tuebatur, asserta perseueranter atque flagranter eius IMMACVLATA CONCEPTIONE; vt non sine quodam mysterio mortuus fuerit ea die, qua nomen Deiparæ in Hispania religiose colitur, quasi Philippo Deipara quodammodo debeat, si eius nomen in Orbe religiosius colatur. Quam sollicite viris Sanctimonia il-

illustribus a Sede Apostolica impetrauit Cælestia insignia, nobilitans & Cælum in Terra & Terram in Cælo? Quam splendidè eamdem Sedem Apostolicam veneratus fuit non solum perennibus obsequijs cum viuebat, & præclara testificatione cum moriebatur, sed etiam legatis ad eam Principibus viris nobilitate, prudentia, probitate summis, commendans magnorum splendore Siderum dignitatem Solis? Quam pretiose ornauit Regum sepulcra, vt Maiorum cineres redderet ornatu sanctiores? Quam amanter curauit, vt animæ morientium, præsertim militum, innumeris sacrificijs expiarentur, Manes ipsos
re-

ecreans & vertens Gurgustia pœ-
arum in gaudia Empyrei?

Quam demum operosè atque
onstanter, (vt alia omittam priua-
a pietatis documenta) Catholicam
eligionem sustentauit, propagauit,
ropugnauit inuicta manu ac mente
duersum Hæreticos, Turcas, Mau-
os, Ethnicos, Inferos: sibi persuadens,
atholica Religione neglecta negligi
Deo regna; & Populos ab ea dege-
eres euadere tandem Barbarorũ vel
ruitia vel spolia? Ad sustentandam
atholicam Religionem in Belgio
ngulis annis impendit auri vim im-
ensam, compluresque, vti vocant,
illiones: per thesaurum Terræ fir-
ans thesaurũ Cæli. Ad propagandã

Re-

Religionem Catholicam non modo singulis Religiosis viris ad ignotas Gentes euntibus mille aureorum viaticum, & opulenta adminicula Sacerdotibus, Episcopis, Vrbibus impertiuit, sed impleuit classibus Brasiliam, Peruanum tractum, Regnum Mexicanum, omnem Americam, Indias: Imò easdem cum ex Senatu nonnulli censerent deferendas, ceu sumptuum potius quam fructuum fecundas, omnino vetuit deferi, ne desereretur Catholicæ Religionis propagatio, quam censebat ac volebat, suorum esse fructum præcipuum Regnorum. Ad propugnandam Catholicam Religionem firmauit non sine rerum suarum in-
com-

commodo Romanum Imperium bis nutans, missis in eius subsidium Spinula, Buquoio, Duce Feriæ, alijsque præstantissimis scientia militari Viris & ipso Serenissimo Fratre Purpurato cum omnis generis copijs atque auxilijs. Sic magno illi Catholicæ fidei in Germania Atlanti Ferdinando Secundo fuit loco Herculis; intelligebat enim prudentissimus Rex, in tanta coniurantium Hæresum potentia Romanam fidem periclitari, periclitante Imperio Romano. Deliberabatur de pace sancienda: eam aliqui ob iniectas difficultates respuebant; Rex his verbis intercessit: Audio vagari per castra hæreses, quæ cum inualescant

per bella, videtur pax necessaria. ego certe libentius tolerabo incommoda potentiæ, quam Religionis. Verè Seneca pronuntiauit: magni animi est perdere ac dare. Verius: magni animi est dare, ac perdere pro Deo.

Iam deuenimus ad Beneficentiam magnanimitatis germanam dotem. In eam Philippus tota dominatione incubuit, tum quia & pietas crescit, & decrescit impietas auro magis quam ferro; tum etiam quia diuisum potentiæ corpus, quo ipse potiebatur, non potest coniungi validius, quam per hoc animorum vinculum eo fortius, quo validius.

Testatur Philippi beneficentiam

Sa-

Sacrosancta Basilica, quam Deipara designauit Niue, auro Philippus ornauit: adiecto plurium aureorum millium annuo reditu, quasi addita virgineæ Niui aurea pluuia. Testatur Aula Romana cumulata muneribus, pensionibus, prouentibus; Testatur Matritum tot regijs publicæ lætitiæ spectaculis recreatum. Testantur omnia ipsius Regna locupletata beneficijs; Catholici pro Ecclesia exules Angli, Hiberni, Bataui, excepti victu, viatico, domo, seminarijs: Hæretici Principes ad Ecclesiam reduces magnifice atque humaniter in sinum maiestatis recepti: Vindicata Nobilium inopia: Industria Sapien-

tum

tum excitata : Sustentata Virginum Sanctitas: Adiuta Religiosorum Ordinum immensa familia : Societas nostra etiam Matritensi Collegio firmata : Instructæ Americanæ atque Indicæ animorum expeditiones : Exornati Administri , Clientes , Milites, Copiarum Ductores, Principes, Affines, Exteri, Amici, Hostes per effusa dona , per concessa vectigalia, per remissa fænora , per oppida donata, per regna si non tradita potestati, saltem credita voluntati ; more diuino , vt æstimaret vtilitate aliena suam dignitatem. Testantur Europa, quam suis opibus aut recreauit, aut erexit, aut seruauit ; Africa , cui dedit immensum

pre-

pretium ob innumera liberata Christianorum Captiuorum millia; Asia cui sæpe vires commodauit: America quam nobilitatam Arcibus, Templis, omnibusque ornamentis fecit Europæ parem: Orbis denique Terrarum vniuersus, cuius commodis vi liberalitatis tribuebat, quidquid ab eius colonis accipiebat iure dominationis. Hic erat genius Philippi, prodesse, vt præesset: beneficè regnare, vt regnaret. Rex est qui beneficus est.

At Beneficentia videtur esse manus magnanimitatis, anima est sapientia; censetur enim esse idem munus, idem officium magnanimi & sapientis, iudicare. Pro-

deſt manus benefica, mens docta præeſt. Rex eſt Beneficus; Regem agit, qui ſapiens eſt.

Idcirco Philippus mirè capiebatur ſapientiæ delicijs, memor etiam Alphonſi Regis dedignantis ſceptrum ſine libro, nec immemor Platonici dicti; eodem plane gradu incedere ſapientiam & potentiam. Inde etiam operam dedit, vt ingenia Suorum excolerentur bonis artibus, quas arbitrabatur eſſe ſui gemmas Diadematis. Euocauit Matritum omnia doctrinarum genera, inſtituit pecularem ſcientiam omnibus quidem, ſed præcipuè nobilibus conuenientem, quam nominant Cathedram eruditionis, veluti

ti Aram ſapientiæ, ad quam inge-nuæ mentes Mineruæ ſe immola-rent. Inſtruxit inſignibus libris Bibliothecas, Academias præcepto-ribus, Regna ſapientibus qua Theo-logis, qua Iuriſconſultis, qua Phi-lologis. Lycæa reddidit emporia literarum, Sacerdotia præmia Lite-ratorum. Quanti fecit viros doctos plane innumeros? Illis Epiſcopa-tus, Legationes, Prouincias, Sena-tum, Aulam credidit & ſeipſum. Erubeſcit enim maieſtas vel eſſe imperita, vel adminiſtros habere imperitos; & Rex magnanimus amat eminere non ſceptro ſolum, ſed etiam ingenio & ſuo & Suo-rum.

Non tamen eſt ſatis Magnanimo, iudicare ex ſapientiæ præſcripto, ſed eſt neceſſe, iudicare etiam ex præſcripto virtutis, quæ alia non eſt quam Prudentia. Magnanimus, oportet, ſit maximè prudens, nam prudentia tendit ad metam magnanimo propoſitam, hoc eſt felicitatem. Cum autem gemina ſit felicitas, Cæleſtis, & politica, eſſe quoque debet gemina prudentia, Chriſtiana videlicet, ac humana.

Vtriuſque conſilijs Philippus in tanto rerum tumultu firmam retinuit auctoritatem. Siquidem per Chriſtianam prudentiam ſibi perſuaſit, vt haberet iudicem ſui Deum, non Vulgus. Æſtimat Vul-

gus

gus euentum, caufam Deus : cafum obferuat ille , hic voluntatem. Deinde: vt adhiberet potentiæ arbitram & adminiftram virtutem: fortunam vero non repudiaret, fi accederet; fi recederet, non reformidaret; Optimis conatibus plerumque fortuna inuidet, & felicitas metienda eft magnitudine virtutis, non fortunæ. Demum: vt ftuderet quidem priuatæ vtilitati, dignitati regiæ, præfenti famæ, fed illis præferret ftudium falutis publicæ, catholicæ fidei, beatitatis æternæ. Namque illa funt bona quidem, fed humana, hæc diuina; & breuis eft fcena lætantis potentiæ; non tamen breuis eft pœna potentiæ peccantis.

Per humanam vero prudentiam ſtatuit hæc dominationis arcana. Primum fuit: omnia vocare in deliberationem: & præſtituta rebus deliberandis tempora nec omittere nec differre; Ruit natura, ſi Sol vel deſerit vel mutat lucendi tempora. Alterum: Leuiora tolerare damna, ne grauiora tolerare cogeretur; Eſt fatum potentiæ præſertim magnæ, vt non poſſit eſſe ſempiterna, niſi per quædam decrementa. Poſtremum: Omnia ad vnum referre; Magnum Regnorum Corpus eſt agitandum quidem anima magna ſed vna, diuiduntur Regna, ſi mens regentium diuiditur. Sic Hiſpanicum Solium poſſeſſione

locorum distractum & iactatum obsidione populorum retinuit stabile, dum retinet vnum: vindicauit, dum deliberat: seruauit ex toto, dum particulam abijcit: & recuperauit Regna, dum damna condonat.

Vsus etiam Clementia, quæ simul cum Iustitia magnanimitati adest tanquam indiuidua Comes. magnanimus pari vi spernit iniuriam, & vindictam; odit, & plectit scelus. Etenim Philippus Ciues læsæ maiestatis reos, perduelles Proceres, Populos tumultuantes, rebellantes Prouincias, Regna degenerantia tam clementer in gratiam recipiebat, vt sæuitia offendentium

irasceretur ipsa sibi, quod hanc clementiam offendisset: se iudice digna supplicio, quamuis Philippo iudice non indigna beneficio. Lacessitus iniuria, proditione circumuentus, tentatus aggressione, bello appetitus semper opposuit clementiam, vindictam seposuit; illam existimans esse certissimam laborantis Reipublicæ medelam, hanc immedicabile venenum; Certe omnia Populus in Principe, & Princeps in Æmulo tolerat præter impetum vltionis: Vlciscentes vlciscimur.

Nihil tamen per Clementiam detraxit Iustitiæ, adeo vt nemo vnquam se ab eo per iniustitiam violatum conquestus fuerit, imò nec

ip-

ipſa iuſtitiæ Seueritas potuerit de Philippo queri; Parcebat ſanguini, cum iuſtè poterat: pœnæ non parcebat; oculo quidem non irretorto aſpiciebet funera, ſee ſcelera plectebat immoto pectore; gnarus eſſe iuſtitiæ reum Principem qui reum ſubtrahit iuſtitiæ.

Hiſpanica lege cauetur, ne Magnates capite plectantur, niſi crimen coufeſſi. Ex ijs vnus ad id ſupplicij vocabatur, ſed expectabatur criminis confeſſio, quam deeſſe vbi Rex accepit, nuntiantem affecit præmio; Capitis tamen cruentam pœnam vertit in moram carceris inexorabilem. Adeò lateri ſuo voluit ſemper adeſſe hinc clemen-

mentiam, hinc iustitiam. sed habitu inuicem commutato, vt iustitia indueret clementiam, clementia iustitiam.

Nunc superest Constantia seu Fortitudo, quę nec refugit ardua, nec aduersa perhorrescit: & est magnanimitatis pars perfecta & intima: vocaturque a sapientibus æmula diuinitatis; nam excellentia Dei est potenter agere, excellentia hominis agere constanter. Fuit autem hæc propria Philippi virtus.

Insultabat ferocia Martis Christianæ Reipublicæ. Pannoniam Bethlemius Gabor populabatur: inuadebat Bohemiam Comes Palatinus; Perduelles dissipabant Germa-

ma-

maniam: Belgium occupabant Batavi: Rheti, Telina Valle turbata, Italiam commouebant: insidiabantur in Europa Hæretici: Turcæ in Asia minitabantur: prædabantur ex Africa Mauri: Americani atque Indi tumultuabantur. Quid magis arduum, quam hæc non refugere, sed sustinere? Tantam Orbis commoti molem Philippus immotus sustinuit; imò armatus non vnico exercitu sed septem exercitibus; quod nec Romani, nec vlli vnquam Principes aut tentarunt, aut sperarunt.

Erat ipsius dominatio diuturnitate temporis quodammodo ipsi iam molestia; casuum acerbitate

poe-

pœne ingrata, assiduo bellorum fulmine concussa, rerum varietate confusa, diuersa auxiliorum compage discors. Erat exhaustum ærarium. Erant prouinciæ vectigalibus ac fenore fessæ: amissi præstantes copiarum Duces: extincti milites veterani; noua quæ succedebat, siue imperantium, siue pugnantium Bellatorum soboles inexperta, anxia, ambigua. Erant & castra turbata seditionibus: tempestatibus disiectæ classes: & ipsa Regia ventis obnoxia; hostes autem insurgebant semper validi; recentes, indefessi, in omnem aleam parati a tergo, a fronte, a latere. Quid magis arduum, quam hæc non refugere,

e, ſed excipere ſine animi horrore, ne pauore? Hunc turbinem ex tot rocellis, ex tot turbinibus confla- um Philippus excepit impauidus nimo, & conſilio plus quam Ro- nano; ſiquidem Romanos rerum Dominos penè perdidit vnus Anni- al; Philippus plures Annibales ertulit & perculit.

Neque in dominatione tam aſta & tam diuturna quadraginta cilicet & quinque annorum, tanti acienda eſt quædam ſiue militum actura, ſiue locorum. Quis igno at quam fuerit Ætas noſtra vbi- ue ferax ac plena monſtrorum Martialium, Italia ruinis inuoluta; nglia in ſeipſam fulminante: di-

re-

repta Germania : Pannonia vastata : agitata Polonia : Sarmatia dissociata : concussa Moscouia : Æthiopia conuulsa : obsessa Persia : sedibus mota Scythia : Sinensi Regione lacerata : distracta in Tyrannos Iaponia : America factionibus abrupta : & ipsa Othomana Domo, quæ credebatur potentiæ armamentarium, qua Regibus deiectis, qua mactatis Administris, qua conturbatis prouincijs, & Byzantio non semel in discrimen adducto, debilitata. Eodem tamen tempore Philippus oppugnabatur quidem ab alijs, sed alios propugnabat : premebatur & terrebat. Hoc est arduum : hæc est costantia, dum oppu-

pugnaris, propugnare; terrere, dum premeris.

Quid si memorentur ardua, quæ aggressus fuit in Orbe Nouo? quanta hic amplitudo rerum gestarum, compluribus prouincijs ac populis Deo magis, quam sibi subiectis? Hoc Philippo propositum fuit: Quærere in Orbe nouo, in Orbe veteri parta tueri. Patitur & agit fortia, qui tuetur.

Conspirate igitur Ardua; Aduersa coniurate; Perge ò Natura continuare funera; Nec tu desiste ò Fortuna, fulmina iaculari. Philippus non refugit, non perhorrescit, eodem stat animo, vultu eodem; nunquam visus, nunquam auditus

aut

aut queri, aut gemere, aut dolere, aut timere, cum ille Romanos inter Imperatores potentissimus ac tolerantissimus Augustus audita è longinquo Quintilij Vari clade præ dolore caput parieti allisferit. Maiestas summa, quæ tolerat imperturbatè damna maiestatis, habet aliquid supra maiestatem.

Aude tu quoque ò Mors ineluctabilis & ipsi Philippo intentare vulnera. Non te formidat. Magnanimus & mortalia contemnit, & mortem.

Arcano Prouidentiæ in omnia Regna dominantis mandato erectum fuerat in arce Siderum funestum illud irati Cæli vexillum,

regnis mutandis creditum fatale; Cometam dicimus. Et Rex siue ignarus, siue negligens Phænomeni cum Proceribus familiariter colloquebatur. Quidam mentionem fecit Sideris exorti; Commoueri cæteri, quasi Rex ea nouitate offenderetur. Id Rex aduertit, ac magnanimè subiecit; Cometa emicuit; benè est; Homo sum, more hominis ex placito Dei moriar: Rex sum, euocanti me supremo Regi libenter obtemperabo.

Post aliquot menses ante medium Septembrem tentari morbo cæpit; statimque contestatus, omninò se moriturum, accersiuit memoratas virtutes in præsidium &

comitatum: per summam Modestiam Serenissimo Successori Carolo meliorem fortunam precatus: allocutus omnes & maxime Proceres reuerenter, inter vexati corporis molestias nunquam incompositus: per summam pietatem sollicitè commendata Sede Apostolica: Eucharistia religiosissimè bis percepta, Numinis benignitate suppliciter & frequenter exorata: per summam Beneficentiam & relictis magnificè donis, & donatis ijs quæ ablata fuerant, vt de male merētibus etiam benemereretur: per summam Sapientiam cordatè testamento conscripto: per summam prudentiam constituta vna rerum arbitra sapien-

pientiſſima, eademque Magnanima Regina, & nominatis Excellentiſſimis omnique ex parte opportunis Conſiliarijs nec pluribus nec paucis: per ſummam Clementiam & Iuſtitiam impertiens veniam & petens, ſi quando offendiſſet: per ſummam denique Conſtantiam poſt contempta reliqua omnia mortalia, accepto fatali vulnere contempſit & mortem, anhelans ad Deum, vita & vitæ exitu magnanimus.

Sic cecidit Europæ flos, terror Othomani, Eccleſiæ corona, noſtri columen Orbis, poſt Hiſpanicum Solium inter ardua firmatum: poſt Catholicam fidem inter diuerſa propugnatam, & propagatam; poſt

Christianam Rempublicam inter ambigua sustentatam: post Genus omne Humanum immensitate beneficiorum, maiestatis amplitudine, magnitudine virtutis nobilitatum Princeps imitandus Principibus, nobis deplorandus, desiderandus posteritati. At non cecidit. Magnanimus dum cadit, surgit. Philippus Quartus Hispaniarum Rex magnanimus è mortalitate cecidit, vt surgeret immortalis.

Ter MAXIME REX fruere gloria tua; neque dedignare hoc qualecumque Monumentum. Cum tu fueris de omni hominum genere quàm optime meritus, par est, vt tuorum memores beneficiorum per

gra-

gratam obsequij pompam tuæ parentemus mortalitati, & immortalitati gratulemur.

REGINA SAPIENS
ANNA AVSTRIACA
GALLIARVM REGINA
ORATIO II.



APIENTIAM in Orbe Terrarum diuinè, atq; admirabiliter ludentem res nulla magnificentiùs repræsentat, quam regnantium Principum Domi-

minatio, dum ſapientiæ more ea inter ſe arcano vinculo coniungit, quæ maximè diſiungi naturæ lege videntur; Hoc enim eſt ſapere, hoc regnare, contraria iungere. Id nuper Ætas noſtra ſuſpexit in Chriſtianiſſima Galliarum, & Nauarræ Regina ANNA MARIA MAVRITIA Auſtriaca Borbonia, quæ tria præſtitit veluti regnatricis potentiæ miracula. Primùm in molli feminei ſexus mutabilitate conſtantem expreſſit virilis animi prudentiam: Deinde Regium maieſtatis ſplendorem conciliauit cum amore pauperum Euangelico: demum in ſumma rerum poteſtate, ac licentia ſummam præ ſe tulit vitæ integri-

gritatem, ac pietatem.

Quapropter cùm Pietas excitauerit in eius funere tanquam argumentum doloris splendidam molem, Sapientiæ quoque imaginibus conuestitam: vt sit concors laudatio, & vocis & pompæ, opportunum erit per hanc triplicem admirandæ coniunctionis laudem, ostendere, Serenissimam ANNAM fuisse REGINAM SAPIENTEM. Sic acerbum mortalitatis documentum euadet monumentum pietatis amabile, ac mortis victoria vertetur in triumphum Maiestatis.

Prima igitur sapientis huius Reginæ laus fuit; in molli feminei sexus mutabilitate costantem ex-

primere virilis animi prudentiam; cum enim Dominatio Virum postulet, ad sapientiam pertinet efficere, vt mens regnantis fœminæ dum regnat sine viro, sit non modo supra fœminam, sed etiam interdum supra Virum; nam quodammodo est altioris prudentiæ regere Regnum, dum Rex regitur, quàm dum Rex regit.

Erat viduata prudentissimo Coniuge: Rex tener ac penè infans discrimini obiacebat: vrgebant incommoda Bellorum, Procerum certamina, tentamenta ipsius Regiæ: quæ in lubrico posita, vndique premebatur, & Suis, & hostibus obnoxia; Se se tamen ita gessit, vt

visa fuerit Gallica Pallas, armata quidem, sed Iouis filia, hoc est constanter prudens. Turbinem sedabat, non formidabat: componebat fluctus, non despiciebat: ne cederet tempestati, tempestatem reuerebatur; hoc timenda, quòd studebat, ne timeretur; hoc magis amanda, quod cauebat, ne timeret; imò ne timeret, aut timeretur, hoc maxime curabat, ne diuideret. Ibi timor, & ex timore odium est, vbi diuisio, quæ regna semper debilitat, & debilitata sæpè præcipitat. Possem plurima tam cordatæ, generosæque mentis exempla commemorare, sed omnia ex vno conijcite.

Mos est in Aulis Dominantium pe-

pene inueteratus, vt siue ad ostentationem magnificentiæ, siue ad licentiæ voluptatē sua seorsum mensa vnusquisque Principum vtatur; sed mensa separata, facilè separatur mens. Atque hoc sapienter aduertens ANNA effecit, vt secum eidem mensæ accumberet Rex cum Fratre, ac post inita connubia Rex cum Regina, & Frater cum Coniuge. Quam mensam quis negauerit fuisse Cœnam Deorum? Principes consanguineos, & Concordes dixerim mortales Deos. Nectar Principum est Concordia, Terræ Diuinitas Concordia Principum.

At magna fuerit hæc sapientis Reginæ laus, maior est altera quò ra-

rarior ; dùm Regium Maiestatis splendorem conciliauit cum amore Pauperum Euangelico. Est Maiestas veluti gemma, paupertas veluti macula terrarum: illa implet animos admiratione, atque reuerentia, hæc commiseratione, atque contemptu: illa imagines colorat ad æternitatem famæ, hæc pene ad infamiam Æternitatis decolorat; Sed cùm vtraque sit Regno administrando necessaria; ob dignitatem illa, hæc ob vilitatem; ne Paupertas deserta vel periculosè a Maiestate secedat, vel iure de Prouidentia conqueratur, Sapientiæ interest componere cum paupertate Maiestatem.

Verum Sapiens Regina tentauit aliquid altiùs; venerata Pauperes tanquam maioris fortunæ Principes; Siquidem intelligebat Christum regnare in paupere, ac esse paupertatem Diuinitatis aut vicariam aut arbitram, ideòque Maiestatem, cum sit administra Diuinitatis, esse quoque debere paupertatis patronam. Eius tota Dominatio seruiebat pariter, & Regni opulentiæ, & Ciuium inopiæ: Eius consilia, & ferro iactatas Prouincias, & auro cadentes familias sustentabant: Præferebat quidem specie splendorem Maiestatis, sed in sinu ferebat paupertatis amorem; adeò vt, si orta fuisset inter paupertatem, Maie-

aie ſtatemque æmulatio, minus maſtati tribuiſſet, quam paupertati; amque agnoſcebat Principem in la, in hac Deum.

Attigerat ſupremum vitæ temus, quo mortalium quilibet, euulatis poſtremis tabulis, abditas anii propenſiones affectioneſque promulgat. Quid putatis hanc excellam Reginam teſtamento mandaſſe? Adeſte Regnatores Terrarum, & quicumque ambitioſo faſtu vel amatis in morte, vel in ſepulcro ſpectatis nominis immortalitatem. Anna, genus alto a ſanguine Imperatorum, in gremio nobilitatis nata, educata inter obſequia Populorum & Principum, in altiſſimo

Eu-

Europæ Solio collocata, post homines natos nulli Principum secunda, Regum filia, Soror, Coniunx, Mater hoc vnum studiosè moritura mandauit; vt sibi tanquam pauperi citra pompam exequiæ persoluerentur; pecunia verò, quæ in ijsdem more regio celebrandis impendenda fuisset, pauperibus distribueretur. O animam plusquam Regiam, quæ sibi persuaserat, illud esse regium, quod erat Regi commune cum paupere. Pace tua, ò Saba sapiens Regina: tuam vicit ANNA sapientiam; tu enim Salomoni allatum ex Orientis regno aurum hæc vltimum occidentis Regni pretiū pauperibus reliquit; pluris est pauper, quā Salomon.
Quid

Quid mirum ergo si hæc sapiens Regina, cum Euangelicæ virtutis amans fuerit, Christianissimam se gesserit non modò dignitate, sed etiam vita, & excelluerit tertia laude, qua in summa rerum potestate, atque licentia summam morum præ se tulit integritatem ac pietatem? Fateor non esse necesse id commonstrare, cum satis foret dicere Serenissimam ANNAM fuisse Coniugem integerrimi Regis LVDOVICI Tertij Decimi, cuius vita apertè docuit: Eam esse conditionem regnandi, vt non alia arte eius optima ratio constare possit, quam innocentia & Religione; norma enim potentiæ ex sapientiæ præscripto non est priuata licen-

licentia, sed publica felicitas, quæ vti firmatur sanctitate morum, & dogmatum, ita conuellitur hæresi & vitio. Idcircò sapiens Anna inter arcana Dominationis hoc vnum omnibus ante habuit, vt regnaret labis integra & tenax Religionis. Templum habebat pro Regia, Regiam pro Templo: consueta in solemnibus Sanctorum Festis sese abdere in Cœnobium sacrarum Virginum a se quoque conditum, quod meritò nuncupauere Vallem Gratiæ, quia eò descendebat Humana Maiestas, vt Gratiæ Diuinæ seruiret. Toto vitæ tempore nunquam vllum passa est abire diem, quo Diuini præsentia sacrificij sancti-

ctimoniam animi non firmaret: ac ter in Hebdomada Eucharistiam percipiebat; sic haustum abunde fontem felicitatis in Regnum latè deriuabat. Singulis etiam diebus a multo iam tempore ad Sacerdotis pedes accurata noxarum confessione sese expiabat, ne vel leuiter dediisceret obsequia Superum, dum hominibus imperabat; Et hac de causa a primis vsque annis rem nullam vel minimam aggressa fuit, nisi aut petito Confessarij consilio, aut audito Theologi oraculo, vsum potestatis indignata, quem conscientia dedignabatur, gnara videlicet esse potentiæ damnum, quod erat detrimentum pietatis. Hinc orta fuit

illa aduersus hæreses incorrupta seueritas, erga Sedem Apostolicam inuiolata reuerentia, erga Catholicam Ecclesiam, eiusque mysteria, sacramenta, instituta, leges, ritus, mores & omnis generis Administros plena virtutis atque obseruantiæ sollicitudo. Hinc etiam memor supra regium solium eminere tribunal diuinum, & æternitatis regna parari non sceptro, sed cruce; prophanæ potentiæ ornamenta fastidiens, amauit tormenta Christianæ patientiæ.

Itaque correpta grauissimo morbo non aliam optauit medelam quam tolerantiam, & extremam necessitatem denuncianti respon-

pondit interrita : sibi eam seu vitæ, seu mortis rationem placere, quæ placeret Deo: regiam & dignitatem, & salutem verti arbitrio Numinis, non temporis. Deinde Catholicæ Romanæque Ecclesiæ tùm fidem tùm doctrinam sancte contestans atque commendans, prona voluntate ac voce Eucharistiam efflagitauit in solatium anteactæ vitæ, ac futuræ præsidium; quod vbi audiuere Potentissimus Rex, ac Serenissimus Frater ad Paræciam accurrunt amore duce, maiestate pedissequa: & instructa Cerearum facum pompa, Pietate augusta præuia, Solem immortalitatis deferunt ad illam, cui lucem mortalitatis debebant.

bant. Quæ fuerint in hoc plusquam Regio hinc Diuinæ, hinc Humanæ Dignitatis luculento spectaculo verba, vota, suspiria Sapientis Reginæ non est Eloquentiæ referre, sed Maiestatis. Demum inaugurata sacri vnctione olei, & verso in aram cubiculo, cum sacrificio interfuisset, occubuit non præda mortis, sed pietatis victima, futura Dominantium exemplar, seruato Regno, propagata Galliæ gloria, Catholica re firmata, tranquillato Christiano Orbe, & vti licet ex rebus tam præclare gestis sperare, occupato etiam virtutibus Cælo; nam sapientiæ regnatricis vna est meta Æternitas felicitatis.

Gra-

Gratulamur tibi, Augusta Regina, quòd in pulcherrima Terrarum Scena tam sapienter personam egeris. Meritò in hac Christianæ Religionis Regia tuas exequias commendauimus, cum tua Regia fuerit Religionis commendatio; nec sine Prouidentiæ consilio eas distulimus, vt illi Reginæ, quæ studio paupertatis vetuerat sibi per pompam funus exhiberi, parentaret cultu, & plausu Regio Vrbium Regina; quo constaret, esse Prouidentiæ curæ honorem Principum; quibus amori fuit cura Pauperum. Imò nec accidit fortasse casu, vt iusta soluamus tibi postridie, quam Remigij sanctissimi Gallicæ, Regiæque pietatis institu-

toris, & patroni solemnia persoluimus; quò apertè intelligeremus te Remigio placuisse ac fuisse nostri Seculi Clotildem.

Fas tamen mihi sit, INVICTISSIME REX LVDOVICE, veniam a modestia tua petere, de prætermissa huius Sapientis Reginæ propria, & vera laude, quòd videlicet fuerit Mater Tua, & tam sapientem Regem Galliæ dederit; non enim nisi Aurora parit Solem.

SPE-

SPECTACVLA PROVIDENTIÆ : PRINCIPES VIRI

ORATIO III.



VMANITATIS genius ac voluptas eſt non modo per Grammaticam excolere infantiam literarum, Muſarum crepundia inſtruere per Poeſim, & per Oratoriam concinnare murmura Declamatorum, ſed etiam per Hiſtoriam expanſa regnorum ſcena grauioribus Generis humani cu-

curis interesse: consilia Principum & ausa explorare: cognata sibi secula in commercium vocare: lustrare monumenta Nationum: de facie vultuque Antiquitatis colligere simul ac expolire lineamenta moresque posterorum: latentem veluti sub tabula terrarum retegere Prouidentiam: ac demum e vario & flexuoso semper eadem & nunquam eadem spectacula agitantis temporis labyrintho agnoscere arbitrum regnatricis potentiæ, causarum & rerum authorem, diribitorem maiestatis, & fortunæ, & si fas hoc nomine vti, mortalitatis æque ac immortalitatis Dædalum Deum.

Quamobrem ad commendandam po-

Populis erga Principes Virosreuerẽtiam operæ pretium erit, Eos agnoſcere tanquã Spectacula Prouidẽtiæ.

Cum autem pateat immenſus Orationi Carapus, memoratis, vt breuitati ſeruiam, pauciſſimis euentis, initium ducam a Mathuſalem, qui rerum humanarum ſeculo decimo, & ſexto agebat ætate principem Generis Humani, annis florens noningentis, & ſexaginta quinque. Res erat ſane plena iucunditatis ac ſtuporis intueri longæuum ſenem, fata narrantem maiorum & funera poſterorum quibus ipſe interfuerat, oculatum antiquitatis teſtem, cuius vita pluſquam nouem ſeculis grauida quodammo-

do

do immortalitatem parturiebat: morte ipsa vel formidante vel plaudente. At verò mihi subit illud perpendere. Cur tam diuersa hominibus ætatis ratio? vnde annorum discrimen? Mathusalem vitam duxit longissimam, alius breuissimam: Illum Proserpina iuuenem, hunc senem rapit. Quis Podalyrius fascinat? aut quæ Parca obtruncat annos? Agnosco arcanum Dei consilium, quo peccantem mortalitatem in officio continet formidine mortis, vitæ spe. Suspendit in ancipiti mortalium vota, ne aut insolescant, aut torpescant. Gloriam non desperat, qui sperat vitam; nec potest non timere ruinam, qui

mor-

mortem timet. Quin etiam incerta Hominum ætas certam indicat supremi Principis potentiam, e cuius nutu pendet gentis humanæ conditio. Hortus est Orbis terrarum, flores homines: metuntur, retinentur: ſucciduntur, ſeruantur arbitrio Numinis.

A Meſopotamia libet in Aſſyriam migrare. Nembrotus ſeu Belus prothomonarcha, cum primus in homines dominari cœpiſſet, vt eos imperio cohiberet, plurimas Vrbes excitauit; quamuis enim Cainus primam Vrbem condiderit, tamen non tam inſtruxit domicilia, quam latrocinia. Ex hac Vrbium molitione aliud Dei Conſilium patet.

tet. Ne ferarum more degenerent homines, segregandi fuerant a feris. Ager & Nemus belluas creant: Et statio loci quasi altera Circe peruertit naturam, mores vel immutando vel corrumpendo: Rura scilicet rusticam, Vrbes vrbanam indolem formant. An etiam quia Syluæ ac deserta libertatem amant? euagamur inter arua, non coercemur. Debuit ergo intra vrbes condi ac detineri gens humana, vt agnosceret Principem, suum veluti pastorem; possunt belluæ aberrare sine pastore, homines non debent. Adde quod positis Vrbibus ponuntur palatia, tribunalia, templa, hoc est digna homine opera. Non inter mapalia ex-

excitantur folia. Et pertinet ad splendorem Diuinitatis aliquid magnificum in Orbe terrarum spectari; vt constaret aliquid etiam inesse homini supra feras: nec esse mortales genitos terræ, sed cælo. Vrbes nihil aliud esse dixeris, quam rudiores imagines Cæli.

Antequam ab Assyria discedamus, aliud iuuat inspicere spectaculum hic sæculo consequenti exhibitum. Semiramis rerum & imperij potitur. Ergo femina imperat generi humano? femina imperat, sed ingentis animi & pectoris: Semiramis, inquam, quæ non modo vi plusquam heroica mundi miracula construxit, sed etiam inter com-

po-

ponendum capillum, cum audisset potentissimam Vrbem desciuisse, incompositis crinibus, collectis copijs ad Vrbem festinauit, qua debellata simul absoluit victoriam & comam. Quis Agamemnon? quis Achilles id præstitisset? Ad moderanda scilicet fata terrarum non desiderantur artus, sed animi viriles; atque idcirco viris degenerantibus admouit Deus imperio feminam. Principes non dignitas facit, sed animi magnitudo; & species digna imperio mens est, non facies. Atque hac de causa non modo feminas, sed etiã Lixas, Cerdones, Gregarios milites, Seruos vel in ipso Romani solio imperij collocatos genus humanum

num

num supplex adorauit, ne principes existimarent in principatu omnia licere: Exuit principem, qui principis mores exuit; induit vero principem, qui principis animum induit.

At nos dudum præstolatur Ægyptus, quæ seculo rerum humanarum vigesimo tertio Iosephum ostentat Hebræum adolescentem, paulo ante fratrum inuidia eiectum patria & domo, calumnia mox in carcerem coniectum, demum Regis loco summa cum potestate imperantem Ægypto, pronis obsequijs exceptum ab illis, quorum insidias exceperat. Quis hanc metamorphosim instruxit? Deus ad inuidiæ ca-

lumniæque contemptum. Hæ duæ generis humani furiæ dum bacchantur & furunt, coguntur vel inuitæ prodesse: dum Parcas imitantur, Charitum partes agunt; nam inuidia quos premit, nobilitat: quos odit, ornat. Et calumnia dum compedes iniicit, sceptrum donat: dum laruam parat, imponit purpuram. Potest perire innocens, nisi tolerat: si tolerat, regnat & triumphat. Non habet Diuinitas pulchrius sui testimonium vel Humanitas grandius ornamentum quam virum innocentem more nocentis vexatum & tamen constantem. Fortassis etiam vult Deus efficere homines quam simillimos Deo. Humanum est

ca-

calumnia & inuidiam pati, sed tolerare ac vincere diuinum.

Verum centesimo post anno eadem Ægyptus aliud spectaculum omnino diuersum exhibuit. Gens & familia huius Iosephi migrans in Ægyptum paulatim Sobole aucta in populum excreuit. Vnde metus & suspicio Pharaoni Regi ab aliena gente: posse adscititium populum insurgere, occupare fasces; Regem depellere, opprimere ciues. Ex metu audaciam concipit. Hebræo populo catenas seruitutis imponit, ille accipit. Cur hæc insolens & noua rerum conuersio? Populus ex principe seruus: ex illustri progenie vulgus ignauum. Cur non ferrum &

vltionem aduersus Tyrannum parat? Tentanda sunt extrema fata, antequam patienda. quid seruitio turpius? Quid funestius? An non conuenientius cuique homini est licet plebeio, licet ignauo, licet impotenti arma capere, quam vulnera excipere? ridet Princeps, nisi repugnat calcatus populus; si repugnat, timet. Atqui omninò satius est timeri, quam rideri. Itaque hanc seruitutem appellare mihi libet stratagema ludentis Dei, qui premit eos, quos exornat; Euehit ad summum, mox deuehit ad imum, vt reuehat ad summum eò admirabiliùs, quò inexpectatiùs. Nisi Pharao tam calamitosè vexasset Hebræos,

bræos, Moyses non tam admirabiliter eos vindicasset. Prodigia præcessit seruitium, calamitas stuporem. Opprimentis Pharaonis ostimentum fuit oppressus Pharao. Aqua Rex obruitur, qui sudore populum obruerat. Nimirum Deus plerumque Suos conturbat, vt extollat & firmet. Atque hoc seculorum experimento comprobatum arcanum est. Populus qui maioribus cladibus afficitur, clarioribus triumphis nobilitatur.

Iam vero Hercules in Græciam nos vocat, qui seculo vigesimo octauo insignia, Principis more, prodit exempla fortitudinis. Quid Hercules? Homo ciuili fortunæ ob-

noxius. Quid labores Herculei? pericula & discrimina, quibus homo iactatur; vt se fingat sobolem dignam Deo. Quid serpentes ab infante præfocati? delitiæ pueriles depositæ, quæ inficiunt omnem vitam, dum pueritiam oblectant. Quid Biuium a virtute ac voluptate sollicitatum? propendens in vtramque partem adolescentia. Quid pullulans hydra? æmulorum, hostiumque vis nunquam deficiens. Quid geminæ columnæ? fama & vita hominis metæ. Quid demum alia monstra debellata? mala vel corporis, vel animi, vel fortunæ per laborem elusa. Virtus, gloria, felicitas & reliqua bona per discrimi-
na

na parantur; Laboris videlicet, ac ærumnæ fato agitur mortalitas. Hoc est viuere, per aduersa niti. Idcirco fabulæ ferunt Herculis Atlantem iuuantis humero Cælum sustineri, quia Hominum curis sustentatur quodammodo rerum vniuersitas. Natura calore solis, Hominis labore stat Respublica.

A Græcia in Palæstinam nos reuocat alter, vt ita dicam, Hercules, sed maior sapientia, non fortitudine; mentis, non corporis viribus; hoc est Salomon, sed quantus mutatus ab illo! vt plane de Salomone adfirmare liceat, quod in Herculem olim cecinere: quantum ille decreuit gygas! Ille Salomon

Diuinitatis testimonio clarus, gloria, sapientia, rerum copia, mortalium & Principum summus seculo trigesimo muliebribus corruptus blanditijs prolabitur ad nequitiam & inopiam, atque hac de causa vexat enormibus tributis populos, pessimis exemplis Orbem terrarum, vt plane videretur desipere ac geminum efficere Salomonem, quorum alter esset gloriæ, alter infamiæ meta. Nihil sapiente Salomone illustrius, nihil corrupto ignominiosius. Grande hoc fuit ac reconditum ostentum, quo Deus ostendit Principibus pericula Principum: Voluptatem esse potentiæ corruptelam; delicias insidiari Dominantibus: ex

do-

dominatu nasci securitatem, ex securitate licentiam, ex licentia voluptates, ex voluptatibus largitiones, ex largitionibus inopiam: ab hac imponi tributa: post tributa lamenta populorum: inde tumultus ac seditiones: demùm ruere populos, principes, regna. Sit ergo Salomon Principibus documentum fugiendæ voluptatis. Quis Principum sibi credat, degenerante in Principatu Salomone?

Diuersam a Salomone scenam in eadem Palæstina Manasses exhibuit seculo trigesimo tertio: Ille de Salomone euasit Manasses, hic de Manasse Salomon: ille pessimus ex optimo, hic optimus ex pessimo:

ille post admiranda pietatis monumenta maximè impius, hic post infanda impietatis exempla maximè pius: ille in aula cultor idolorum superstitiosus, hic in carcere religiosus veri Numinis venerator: ille per potentiam sensit improbitatis captiuitatem, hic per captiuitatem sensit probitatis potentiam: illum corrupere voluptates, hunc calamitates emendauere. Tantum obest Principibus felicitas, tantum prodest infelicitas. Atque ex hoc par est elicere ingens argumentum approbandæ, non incusandæ Diuinitatis, dum per ingentia, & publica mala irascitur. Vulnerandus est publice a Deo, qui publice sanandus

dus eſt. Manaſſes captiuus ſuſpexit Deum, liber deſpexit. Publica nempe mala non minus principem quam populum ad pœnitentiam excitant. Amat enim ſupplices populos Deus, magis Principes, quia Principum vita teſtimonium eſt dominantis Dei; adeoque reueretur Principem Deus, ſi Princeps veretur Deum.

Similem Manaſſi geſtum fecit in Aſia Nabuchodonoſor, ſed magis horrendum, quia arrogantior; quippe primarium Numinis arcanum eſt, arrogantes horrendum in modum plectere, & immodicum faſtum compenſare horrore ſupplicij. Hic ſeculo proxime ſuccedenti,

ti, vasto indomitæ ambitionis turbine elatus, minas, potentiam, arma, milites, catenas in omnes prouincias iactate ausus fuit, anhelare ad imperium terrarum, cæli terræque plausus & vota extorquere, occupare famam diuinitatis: vt vnus esset rerum arbiter, & Deus mortalium superumque tyrannus. Sed quæ meta? qui terminus vastæ ambitioni funestior accidere potuit? Ille suis suffragijs destinatus mundi Dominus, indignantis Dei virgula tactus, & in varia belluarum membra deformatus horrendo septem annorum exilio vixit inter belluas more belluarum, ex ambitioso Rege Chimæra; sed Chimæram exuit, vbi

odit

odit ambitionem. Hoc immani ſpectaculo illud diſcimus extremam ambitionem in extremam verti ſtultitiam, & ſtultitiam tolli accerſita pietate.

Ab hoc Aſiæ monſtro accedamus ad monſtrorum feracem Africam contemplaturi fortunæ monſtrum. Annibal Punicæ militiæ Princeps poſt conclamatam & pene funeratam in Hiſpania hoſtium potentiam, poſt Naturam in Alpibus attritam, poſt domitam in Italia fortunam, poſt innumeras & validiſſimas copias, Vrbes, Prouincias, Nationes vel profligatas, vel ſubiectas, poſt Orbem terrarum fama, terrore exhauſtum poſt Romam vl-

vltimam Naturæ fortunæque arcem, si non occupatam, certe in discrimen adductam seculo trigesimo octauo redit in Africam totius propemodum generis humani prædã, exuuijs, trophæis onustus; militia, classe, fraude ac toto Annibale armatus; vix accedit ad conspectum Scipionis, pene dixerim, Adolescentis Romani trepidat, pacem petit, reijcitur, pugnat, debellatur; atque ita debellatur, vt abiecto Annibalẽ euaserit Annibalis vmbra & pœna: sui, & Orbis ludibrium, quia victus a Scipione. Sic Deus illusit astui Africano, pietati romanæ prolusit. Per clades & cadauera romana sibi parauit excidium Carthago; Roma

per

er triumphos & trophæa Cartha-
inis abduxit in Capitolium trium-
hatam Carthaginem. Nec miror,
œnus odio & fraude pugnauit, fide
: virtute Romanus: perijt ille,
ic vicit. Etiam in bello, etiam in
ilite exigit Deus virtutem ac pro
itatem. Marti quoque nubit Vir-
is. Dos virtutis propria est vi-
oria.

Sed iam Roma nobis osten
t Romanum Annibalem, ita di
re Marium, qui indole plusquam
rinceps centesimo post anno Cim-
os gentem efferam, Quiritum
itio natam profligauit tam pru-
nter fortiterque, vt plus Roma
buerit Mario Cimbros fuganti,
quam

quam Scipioni Carthaginem debellanti. Cimbros timuit Roma, non Pœnos. Et sane actum erat de Romana re (quemadmodum Historicus Romanus fatetur) nisi Marius illo seculo contigisset? Vir obscuro genere ac loco natus, & informis corpore: vix gregarius miles cum in acie sese strenuè egisset, prouectus ad maiorem militiæ gradum, eò tandem excessit, vt fuerit Imperator, triumphator & septimùm consul, quod Quiritum nemini ante contigerat, futurus insigne, sed necessarium Generi humano documentum; Haud esse in Republica habendum discrimen Hominum, sed morum: Non oris elegantiam, non
ge-

generis nobilitatem, non opum affluentiam esse mensuram dignitatis, sed parem dignitati virtutem. Ideo plerumque Respublica perit, quod homines æstimantur, non hominum pretio. Specie ne principis? an prudentia regitur vulgus? Nobilibilitate ne militis? an fortitudine superatur Hostis? fluctuat Natura, si agantur elementa viribus non suis, & nisi mores admoueas muneribus idoneos, Respublica conuellitur.

Sed claudat Prouidentiæ spectacula seculum quadragesimum, quo VERBVM CARO FACTVM EST, ac Deus Supremus Princeps speciem induit Serui, vt Principes in officio contineret,

Ho-

Hominumque salutem non ambitione, sed pietate constare palam ostenderet. Quid vltra in Orbe terrarum agat Deus, nihil habet amabilius, admirabilius nihil. Fide Deo gens humana; & disce terrarum fata e cœlo pendere: non casu, non fortuna, non fato agi mortalitatem, sed rebus tum publicis, tum priuatis interesse, atque consulere Diuinitatem.

ROMANVM IMPERIVM

ORATIO IV.



OMANVM Imperium ditionis amplitudine, magnitudine potentiæ, ac diuitiarum ſplendore non modò reliquorum imperia populorum, ſed ipſam ſuperaſſe Fortunæ metam videtur; vt ſanè adfirmare libeat arcano quodam Diuinitatis conſilio excitatum illud eſſe non vt, quemadmodum cætera Dominationum genera ſuccedentium tempo-

rum calamitatibus obnoxia, specimen exhibuerunt deficientis maiestatis humanæ, ita ærumnosæ potentiæ tragicam imaginem Principibus, ac Populis ex altissimo Capitolij vertice ostentaret; Sed potius, vt stabili quadam compage Diuinæ adnexum dominationi præclarum, ac eximium esset speculum dominantis Dei. Nam etsi Natura ingeniosè Diuinitatis notas repræsentat, potentia tamen eas quam maxime imitatur. Natura necessitatem amat, libertatem Potentia. Igitur opportunum erit ad excitanda Nobilium Virorum ingenia, & studia, depromere non tantum humiles Parnassi myricas, sed etiam Impera-

ratorias Capitolij Laureas. Illud scilicet ostendam necessariam fuisse Imperij Romani maiestatem ad Christianæ Religionis fundamenta felicius, & nobilius iacienda; namreuera nihil aliud fuere Imperij fasces quam vincula firmandæ pietatis.

Tria præcipue necessaria videntur propagandæ veri Numinis venerationi; Vnius videlicet linguæ commercium, Pax Generi humano communis, & Maiestas quædam splendorque potentiæ. Atque hæc omnia in solo Romano Imperio non sine quodam humanæ dominationis prodigio, admirante Natura, constantissime excelluere.

Vt autem primam imperij Romani prærogatiuam, Linguæ videlicet vnius commercium insinuemus. Conuertite, si libet, oculos in immensam terrarum latitudinem, varietatem prouinciarum, populorum discordiam, distantiam Regionum, discrimina Vrbium, Oppidorumque infinitam pene diuersitatem simul, & vastitatem; quis vnquam credidisset hæc per Latini hoc est Romani sermonis fœdera potuisse coniungi ad societatem vitæ, componi ad obsequium Imperij, conciliari ad militiæ leges seruandas, connecti ad corpus potentiæ sustinendum, & quodammodo animandum vnius linguæ sono. Euro-

ropa, Africa,. Asia discrepantes moribus terrarum partes non discrepabant sermonibus. Septentrio, Auster, Ortus, Occasus sentiebant alia illuminantis Solis officia, non alia imperantis Principis dicta. Diuisi ab orbe Britanni non diuidebantur a Capitolio: Daci, Getæ, Sauromatæ ignotas reliquis populis perferebant Naturæ vices, sed easdem cum omnibus percipiebant potentiæ Romanæ voces. Idem vbique Cæsar, quia eadem vbique Cæsaris lingua: Roma iubebat, Orbis audiebat: adeoque nemo fere reclamabat, quia non aliam vocem poterat vsurpare quam Romanam. Non facile illius imperia è corde excutiuntur, cuius

lingua in ore personat. Vox enim vinculum cordis est; eorum mores perferimus, quorum voces proferimus; vt plane ausim dicere, Romanos aggressos fuisse Orbem terrarum gladio & ferro, sed lingua & voce latina occupasse, vel occupatum conseruasse. Hæc lingua infinitam quodammodo potentiam continuit hæc populos mitigauit immanitate barbaros, hæc infensā Generi humano morū colluuiem depulit, hæc omnia scelerum irritamenta & tentamenta compressit: hæc denique Orbem terrarum tanquam vnam Ciuitatem primum subiecit Romæ per Romanum Imperium; deinde Cœlo per Christianam Re-

ligionem ; nam reuera facile fuit in terras effundere latino sono euangelica oracula ; iucundus accidebat vbique gentium cælestis veritatis rumor ore Romano propagatus: excipiebatur veluti proprium illud documentum, quod communis linguæ murmure promebatur. Et sane debuit esse vnius labij & vnius linguæ Gens humana id temporis quo vsurpanda erat vnius Verbi vox. Debuit communi & eadem viuentium populorum voce salutari Deus, qui communi, & eadem caritate populis salutem impertiebatur moriendo.

Altera Imperij Romani prærogatiua erat diffusa Orbe toto ter-

rarum Pax: vbique populis quies, vbique iucundi soles, quia extra Martis sidus lucebant; vbique grata nox, quia nullo inficiebatur Bellonæ aspectu: Arabant, serebant, metebant sine metu imminentium & bella ferentium hostium. Perpendite etiam, atque ad vestra mentis aciem reuocate antiquitatis secula, quibus adhuc Romani maiestas imperij non efflorescebat. an non videbatur Orbis terrarum quasi quædam Orchestra Bellonæ, ac furoris; vbi gladiatorio more pugnabant ac sæuiebant in commune Populorum excidium quælibet Vrbes, ac Prouinciæ, qua insidijs, qua eductis copijs, qua instructis classibus, qua

ma-

maritimis, qua terrestribus prælijs, in eo tantum desudantes, vt per cadauera mortalium, per ruinas Oppidorum, per incendia regionum, per clades, funera, cineres, ac vastitatem Generis humani grassarentur ad ambitionis, & arrogantiæ fastigium. Certabant in vna eademque Vrbe Familiæ, Vrbes in vna eademque prouincia, & in vna eademque terrarum parte innumeræ Prouinciæ bacchabantur ad exitium sui. Miscebatur consanguineus sanguis, vt alter pallesceret, rubesceret alter: Pectora quæ sociabat natura, discordia dissociabat: eodem cœlo & fortasse eodem tecto vtebantur, & discrimina quærebant, seu

seu vitæ, seu potentiæ. Omitto seditiones Populorum, Principum calamitates, tumentia sanguine flumina & maria. Omitto nō raro decolorem Solem, & sæpe confusa diei noctisque commercia per funestam Martis lampadem. Omitto demum vniuersæ Naturæ in tanto & tam frequenti Bellorum turbine gementis tormenta & luctus; Vnum tantummodo Græciæ conatum in bello continuando perpendite. Sparta, Corinthus, Athenæ, tres Vrbes non situ, non amplitudine ditionis, non opulentia Ciuium, non animo indoleque, non denique legibus ad arma & bellicum furorem conformatæ, sed potius ad amænitatem genij,
ad

ad Sapientiæ cultum, ad Honestatis Delicias, ad Ciuilem prorsus iucunditatem cōpositæ quam truculenter, quam valide in prælia, in bella, in hostiles discordias exarserunt? Quoties ad arma Orbem terrarum pene vniuersum excitauerunt? quoties agmina Barbarorum? quoties Persarum copias aduocarunt? Bella serebantur ex bellis: Dies per prælia numerabantur; nec aliud erat atticè, vel laconicè viuere, quam bellare. Vsque adeo placebat pugnare, quod nemo pugnantes, vel posset cohibere vel auderet. Verum vbi Romana fortuna incubuit Græciæ atque Orbi terrarum, pacata omnia instar placidi maris

quie-

quieuerunt. Si quidem maior potentia minorem terret. Non certant de luce sidera oriente Sole. Non negarim tamen excitatas fuisse sub Romano imperio bellicas procellas, sed impetu Barbarorum Gentiumque exterarum, apud quas pugnare non detrimentum pacis, sed munimentum est. At Græcia, at Italia, at reliquus pene prouinciarum tractus pacem sensere eo magis blandientem quod intimam & nobis quodammodo innatam aut cognatam habuere.

Hæc igitur Pax necessaria fuit Christianæ religioni excolendæ; socia enim & comes Pietati Pax adhæret. Non Mars, non Bellona, non Fu-

Furor, non Discordia, non Odia cælestis semina Verbi amplectuntur & fouent, sed animorum Coniunctio, Quies & Concordia; quippe author & fundator Christianæ religionis est Amor. At amor pacem amat. Atque ob hanc causam in Terras sese Deus effudit, vt Christianæ prudentiæ leges euulgaret id temporis, quo Augustus Orbi pacato imperabat; Ac etiam eiusdem Religionis legibus sese Roma & Orbis terræ sponte subiecerunt imperante Constantino, qui debellato Maxentio pacem terris peperit, animis concordiam.

Iam vero accedamus ad tertiam & postremam Imperij Romani

præ-

prærogatiuam, ſplendorem videlicet, magnitudinem, præſtantiamque potentiæ, cuius fulgore viſa fuit Gens humana neſcio quid ſupra humanam dignitatem vel ſpirare vel ſperare. Sedebat in altiſſimo Terrarum ſolio Roma triumphis, trophæis, ſpolijſque populorum coronata; Illi prouinciarum opes, illi tributa naturæ, illi fortunæ omnia penè ornamenta deſtinabantur. Illius gloriæ litabat Sapientia tanquam Romani nominis victima. Vbicumque Sol illucebat, ibi cum Sole mens Romana micabat: vbicumque diuiſo in diem, noctemque imperio Cælum ſeſe offerebat ſuſcipiendum, ibi diuiſa in metum, amorem-

remque potentia sese Roma ostendebat admirandam: Romanæ famæ adulabatur Orbis, & Romanæ virtuti seruiebat Genus humanum: Vulgus, Senatus, omnisqne Magistratus mortalium pendebat a genio Quiritum non aliter qum olim per fabulam ab Hercule aureis constricti vinculis populi pendebant; vna enim & sola Capitolij Arx quodammodo, vel æquabat, vel superabat Regnorum maiestatem; Imò non censebatur Magnum quod vel non erat Romanum, vel non approbatum a Romanis; vt plane abierit hoc nomen in amorem stuporemque Naturæ; adeoque idem prorsus putabatur Romanum ac plusquam hu-

humanum. Videbatur hæc Gens axcellere supra reliquas fato quodam, cui nec populi audebant obsistere, nec principes poterant; sed ruebant proni ad obsequia quasi regium esset non regna & sceptra capere, sed excipere mandata Quiritum. Tantæ Maiestatis ac felicitatis fuit Romani fortuna imperij. Sed non hæc acciderunt, sine Cælesti consilio; cum enim Deus statuisset Christianæ pietatis cælestia iura Mortalibus impertiri, voluit vt hæ phaleræ; hæ felicitatis manubiæ, hi radij potentiæ præcederent, & quasi ex aurora indicarent Solem, & conijceret ex hac imperij pompa Genus humanum quanta sit digni-
tas

tas, amplitudo & maiestas Diuinæ legis, Christianæque Religionis, Cuius Regia, Solium, & sedes constituenda erat Roma Humanæ magnitudinis meta. Præsepe, & Crucem amauit apud Hæbreos Deus, apud Romanos Solium, quia Hæbreos deserebat, complectebatur Romanos. Vbi moratur Deus, regnat. Non licet adorare Diuinitatem sine maiestate, quæ vmbra diuinitatis est. Splendor imperij, opes, ornamenta Regum, Nationum seruitia, & quæcumque penes homines Nobilitatem conciliant, Religioni debentur tanquam patrimonium, licet ab ambitione non sine furto vsurpentur. Itaque merito Roma cessit in domici-

ci-

cilium & præsidium pietatis, vt quæ Romani fons erat imperij, esset Religionis caput; & aperte constaret ideo excitata fuisse regna, & ex regnis conflatam Dominationem Romanam, vt esset instrumentum, munimentumque Christianæ Religioni propagandæ, ac firmandæ.

Habetis causam, cuius gratia exposuimus Romanæ culmen maiestatis; si quidem nos homines in hac palæstra mortalitatis illud præcipue intelligere debemus, quã potissimum ob causam videantur in Orbe terrarum tot potentiæ Spectacula. Nimirum, vt constet vis Religionis quam maximi supra omnia æstimamus

mus, quasi humanæ vitæ pretium, & decus. Ideo gignimur, ideo educamur, vt Religionis imbuti moribimus agamus in scena terrarum partes pietat s. Idcirco illud etiam licet animaduertere; Omnes fere Cæsares, qui minus Christianæ Catholicæque Religioni fauerunt, pessimo tandem exitu imperium, & vitam deseruisse. Ideo etiam Bizantina vexilla Romanam amisere Aquilam, ac demum Othomannæ Lunæ subiecta insigni documento fuere, Romanum Imperium esse robur Christianæ Catholicæque religionis, alioqui non esse Romanum. Olim fuerat tantummodo Romanum Agere & pari fortia,

nunc Romanum est agere ac pati
fortia pro Deo & Christiana
pietate, cuius Regia &
Solium Roma
est.



ROMA MAIOR
EX SAPIENTIA
ORATIO V.



NTER humanæ vitæ subsidia pariter & solatia, potissimùm excellit ratio parandæ Æternitatis, ad quam mutuo certamine contendunt Ars & Natura; vt nos, nec pudeat, nec pœniteat viuere inrer mortis angustias, dum per mortem grassamur ad immortalitatem. Verùm inani quadam specie decepti æternitatem perdimus, dum æternita-

tem molimur; siquidem plerique mortalium sibi persuadent non alio tramite nos ferri ad nominis & vitæ perennitatem, nec alia machina sustentari fortunam cadentis Humanitatis, quam ostentatione potentiæ. Hoc erroris œstro sollicitata magnanima illa veterum Romanorum gens, omnibus viribus, opibusque sese effudit ad cæmenta iacienda & erigenda trophæa. vt per immensa, & ædificia, & imperia Romam redderent hominibus & fatis adorandam. Pace vestra, Quirites; Æternitatem sapientia parit, non potentia. Collocauit quidem hæc olim Mundi solium in Capitolio, at Capitolij maiestatem excepit ruina,

ci-

cinis, & miserabile funus tanquam Temporis de potentiæ debellata triumphus. Quare liceat mihi Romam commendare tanquam ex Sapientia Maiorem.

Etenim Deus, cum Romam destinasset arcem Generis humani Mundi arbitram, vicariam Cæli, & æmulam Æternitatis, primum illi potentiam impertiuit, tanquam futuræ magnitudinis rudimentum, deinde tanquam autoramentum absolutæ dignitatis adiecit sapientiam. Ergo deiecto Capitolio superposuit Vaticanum, vbi Sapientia fasces moderaretur & fata mortalium. Et quia Veræ Magnitudinis idem est Culmen & fundamentum,

brium, & exemplum lamentabile magnitudinis præcipitantis? Nequaquam; Sed nixa fundamento quod illi subiacet, ac substernitur, seipsam sustentat, ac tuetur.

Idem prorsus accidit Romæ. Hæc Vrbs Orbi par, Mundi mundus, non modo Cassiodori, sed etiam omnium mortalium confessione nuncupata miraculum: quæ loco Principis agnoscit Deum, Deique Vicarium: loco ciuium Purpuratos, Principes, Antistites: loco seruitij fortunam, potentiam, nobilitatem: quæ nodo auctoritatis plusquam gordio Cœlum, terras, inferos complexa, continet vtrumque Solem in manu, sub pedibus

vtrumque Orbem, vtrumque hominis regnum in ſinu: quæ omnium Nationum conſtructa opibus, honoribus, trophæis, omnibus etiam Nationibus opes, honores diſpenſat, & trophæa, cuius fundus Elementorum tractu, cuius faſces ſceptris, cuius diadema coronis, cuius ſolium Solis curru, cuius culmen cælo conſtat & Deo; Hæc, inquam, Vrbs pene immenſa, num inſtar molis arbitrariæ iacet ac vacillat, nullo nixa fundamento? Nequaquam. Dominus Sapientia fundauit Terram; igitur Dominus ſapientia fundauit Romam, quæ vel Centrum eſt Terræ, vel Cor.

Perpenſo Dei arcano, expende-

dere libeat consilium Naturæ, quæ vbere materno, cum reliquas Vrbes exceperit, Romam fraudare, nec potuit nec debuit. Circumspicite vniuersam Naturæ ditionem, lustrate mortalitatis emporia, inspicite domicilia, & animaduertetis nullam esse tam ignobilem terræ particulam; angulum nullum, cui prouida illa rerum parens aliquam prærogatiuæ notam non attribuerit, vt situm loci efficeret, vel pretiosum vel certe non contemnendum. Alibi arbores clariores & fruges: alibi amplitudinem, nemorum venatui opportunam: alibi vastitatem fluminum nauigationi perutilem: alibi alia procreauit seu diuitiarum, seu

ſeu delitiarum inſtrumenta. Quis inficiabitur Naturæ liberalitatem erga Americam, cui aurum & argentum: erga Aſiam, cui aromata & odores: erga Africam, cui marmora & animantia: erga Europam, cui pluribus in locis, quà Metallorum fodinas, quà ſoli amænitates dotis inſtar donauit? At ager Romanus nullo priuatim dono ſplendeſcit & niſi aliunde iuuaretur vel eſuriret Roma, vel ſylueſceret. Addite. Nonne cunctis regionibus quæ imperium in reliquas terras exercuere, aliquod ineſt ſiue argumentum indolis, ſiue dominationis inſigne? Aſſyria iactat facilitatem, ferociam Media, Perſis eleguntiam,

elo-

eloquentiam Græcia. Roma vero gentium plane omnium imperatrix nullam singularem imperij tesseram ostentat, nec vllum famæ, aut gloriæ pigmentum romana in fronte dispergit, quod in aliena non admiretur. Laudas constantiam? hac Lacedæmon gloriatur. Stratagemata? Carthagini imputantur? armatam consilio & manu mentem? hanc sibi vindicant Athenæ. ardorem pugnandi? tribuit sibi Gallia? robur? Hispania. strenuitatem? Germania: quasi reliquæ terræ inter se Romæ gloriam diuiserint, quemadmodum Roma reliquarum terrarum potentiam in se coniunxit. At nefas omnino credi-
de-

derim, opinari Romam infra reliqua loca fuisse naturæ iudicio destitutam & quodammodo damnatam, cum omnium rerum sit princeps & quidquid laborauerit Natura, soli propemodum Romæ laborauerit. Itaque altior caussa afferenda videtur. Scilicet Prouidentiæ genius est, nihil aggredi temerè: perfunctoriè aut tumultuariò nihil exequi: sed arma expolit, parat præsidia, machinas admouet, eaque omnia opportune instruit adminicula, quibus propositum sibi finem adsequatur; adeoque cum statuisset, vt Roma in altissimo Vrbium & Imperij solio emineret, excelleretque non agrorum opulentia.
sed

ſed ſanctitate terrarum: non elementorum gratia, ſed obſequio Principum: non deliciarum amænitate, ſed quiete populorum, idoneum illi præſidium atque inſtrumentum ad hæc comparanda ſuppeditauit: videlicet Sapientiam, cuius compos, & naturæ opibus ſuperior, & Cælo cognata eſſet, ideoque iure ſuo Cæli vicaria.

Verum nollem, vt quiſquam veſtrum audito ſapientiæ nomine, aliter eius rationem geniumque interpretaretur, quam reuera exiſtit, crederetque illam otioſam, ſolitariam, ſibique vt indulgeat, nectare contentam & Cælo. Conſiſtit quidem ſapientia trans terræ, Cælique
vias

vias in ſupremo Diuinitatis adyto, ibique nectare veſcitur & ambroſia; ſed hoc non contenta, ipſam Diuinitatem per Sanctitatis miniſteria proponit hominibus venerandam. Potentiam Creatoris contemplatur ſiue in excitanda, ſiue in adminiſtranda rerum vniuerſitate, ſed comprimit Eadem potentiam Principum, ne poteſtate abutentes aut negligendo diuina, res humanas euertant. Fruitur etiam ſolitudine ac ſeipſa, poſita extra fulmina, extra turbines, extra ſcopulos, extra fluctus; attamen huius quietis participes facit populos, fulmina diſijcit, ſedat turbines, ſcopulos arcet, fluctus componit: eadem

non alia Machina eamdem Vrbem fundauit, quam Sapientia.

Ponite ob oculos huius Romani Collegij, in quo versamur, ædificationem. Offert primùm sese oculis eius forma, opere quadrato magnifico simul & iucundo: diuisa quatuor in partes, quæ artificio diuerso & polito inter sese certant de elegantia; prospectus tamen eminet tam fabrè delineatus, vt Apellæam manum non desideret, symmetriam spirans, & eurythmiam; ornatus multiplici fenestrarum ordine, ac Tyburtino lapide Romanum in morem elaborato, vt scenam facere, ac hospitium parare videatur & astris & Soli: constat duplici porta quasi du-

ducens ad bicipitem Parnassum humanæ simul, ac diuinæ doctrinæ, Panditur deinde atrium illustre, amplum, æquale; quod omni ex parte conformatæ ad normam Porticus commodè ambiunt; Doctrinarum quoque classes aperiunt sese tanquam minora templa Musis dicata; mox assurgit gemina hinc, atque hinc scalarum cortina, vnde ducimur ad maiora Mineruæ delubra, atque ad maximam Aulam, & præstantia & splendore penè superbam. An igitur, vt reliqua loci ornementa prætercam, hæc omnis ædificatio destituta fulcimento est? an pendet in aere vacuo, vt sit ventorum ludibrium,

brium, & exemplum lamentabile magnitudinis præcipitantis ? Nequaquam ; Sed nixa fundamento quod illi subiacet, ac substernitur, seipsam sustentat, ac tuetur.

Idem prorsus accidit Romæ. Hæc Vrbs Orbi par, Mundi munmundus, non modo Cassiodori, sed etiam omnium mortalium confessione nuncupata miraculum : quæ loco Principis agnoscit Deum, Deique Vicarium : loco ciuium Purpuratos, Principes, Antistites : loco seruitij fortunam, potentiam, nobilitatem : quæ nodo auctoritatis plusquam gordio Cœlum, terras, inferos complexa, continet vtrumque Solem in manu, sub pedibus

vtrumque Orbem, vtrumque hominis regnum in ſinu: quæ omnium Nationum conſtructa opibus, honoribus, trophæis, omnibus etiam Nationibus opes, honores diſpenſat, & trophæa, cuius fundus Elementorum tractu, cuius faſces ſceptris, cuius diadema coronis, cuius ſolium Solis curru, cuius culmen cælo conſtat & Deo; Hæc, inquam, Vrbs pene immenſa, num inſtar molis arbitrariæ iacet ac vacillat, nullo nixa fundamento? Nequaquam. Dominus Sapientia fundauit Terram; igitur Dominus ſapientia fundauit Romam, quæ vel Centrum eſt Terræ, vel Cor.

Perpenſo Dei arcano, expende-

dere libeat consilium Naturæ, quæ vbere materno, cum reliquas Vrbes exceperit, Romam fraudare, nec potuit nec debuit. Circumspicite vniuersam Naturæ ditionem, lustrate mortalitatis emporia, inspicite domicilia, & animaduertetis nullam esse tam ignobilem terræ particulam; angulum nullum, cui prouida illa rerum parens aliquam prærogatiuæ notam non attribuerit, vt situm loci efficeret, vel pretiosum vel certe non contemnendum. Alibi arbores clariores & fruges: alibi amplitudinem, nemorum venatui opportunam: alibi vastitatem fluminum nauigationi perutilem: alibi alia procreauit seu diuitiarum, seu

ſeu delitiarum inſtrumenta. Quis inficiabitur Naturæ liberalitatem erga Americam, cui aurum & argentum: erga Aſiam, cui aromata & odores: erga Africam, cui marmora & animantia: erga Europam, cui pluribus in locis, quà Metallorum fodinas, quà ſoli amænitates dotis inſtar donauit? At ager Romanus nullo priuatim dono ſplendeſcit & niſi aliunde iuuaretur vel eſuriret Roma, vel ſylueſceret. Addite. Nonne cunctis regionibus quæ imperium in reliquas terras exercuere, aliquod ineſt ſiue argumentum indolis. ſiue dominationis inſigne? Aſſyria iactat facilitatem, ferociam Media, Perſis eleguntiam,
elo-

eloquentiam Græcia. Roma vero gentium plane omnium imperatrix nullam singularem imperij tesseram ostentat, nec vllum famæ, aut gloriæ pigmentum romana in fronte dispergit, quod in aliena non admiretur. Laudas constantiam? hac Lacedæmon gloriatur. Stratagemata? Carthagini imputantur? armatam consilio & manu mentem? hanc sibi vindicant Athenæ. ardorem pugnandi? tribuit sibi Gallia? robur? Hispania. strenuitatem? Germania: quasi reliquæ terræ inter se Romæ gloriam diuiserint, quemadmodum Roma reliquarum terrarum potentiam in se coniunxit. At nefas omnino credi-

de-

derim, opinari Romam infra reliqua loca fuisse naturæ iudicio destitutam & quodammodo damnatam, cum omnium rerum sit princeps & quidquid laborauerit Natura, soli propemodum Romæ laborauerit. Itaque altior caussa afferenda videtur. Scilicet Prouidentiæ genius est, nihil aggredi temerè: perfunctoriè aut tumultuariò nihil exequi: sed arma expolit, parat præsidia, machinas admouet, eaque omnia opportune instruit adminicula, quibus propositum sibi finem adsequatur; adeoque cum statuisset, vt Roma in altissimo Vrbium & Imperij solio emineret, excelleretque non agrorum opulentia.

ſed ſanctitate terrarum: non elementorum gratia, ſed obſequio Principum: non deliciarum amænitate, ſed quiete populorum, idoneum illi præſidium atque inſtrumentum ad hæc comparanda ſuppeditauit: videlicet Sapientiam, cuius compos, & naturæ opibus ſuperior, & Cælo cognata eſſet, ideoque iure ſuo Cæli vicaria.

Verum nollem, vt quiſquam veſtrum audito ſapientiæ nomine, aliter eius rationem geniumque interpretaretur, quam reuera exiſtit, crederetque illam otioſam, ſolitariam, ſibique vt indulgeat, nectare contentam & Cælo. Conſiſtit quidem ſapientia trans terræ, Cælique

vias

vias in supremo Diuinitatis adyto, ibique nectare vescitur & ambrosia; sed hoc non contenta, ipsam Diuinitatem per Sanctitatis ministeria proponit hominibus venerandam. Potentiam Creatoris contemplatur siue in excitanda, siue in administranda rerum vniuersitate, sed comprimit Eadem potentiam Principum, ne potestate abutentes aut negligendo diuina, res humanas euertant. Fruitur etiam solitudine ac seipsa, posita extra fulmina, extra turbines, extra scopulos, extra fluctus; attamen huius quietis participes facit populos, fulmina disijcit, sedat turbines, scopulos arcet, fluctus componit: eadem

& diuersa, sui tenax & prodiga: rerum spectatrix & arbitra. Et hanc de sapientia sententiam præscripsit Sectatoribus Socrates, Plato in Academia, in pædia Xenophon, Aristoteles in Peripato, in Stoa Zeno, Ægyptij, Druidæ, Gymnosophistæ in Ethnica Theologia, in Christiana Ambrosius, Augustinus, alijque qui hanc sapientiæ rationem expressere commentarijs & exemplis. Id ipsum indicant Poetæ, dum fingunt Palladem pro Ioue pugnantem, perdentem Titanas, Cælum tranquillantem. Sola sapientia Deum tuetur. Non potentia perdit potentes, sed sapientia. Sapientia sola orbem tranquillat. At-

que hæc est propria Romæ prærogatiua Deum tueri per sanctitatem, per obsequium Principes frænare, prospicere Populis per quietem. Idcirco Roma pingitur ornata more Palladis galea, hasta, clypeo. Galea tegit sanctitatem, obsequium extorquet hasta, clypeus affert securitatem. Et hæc tria diximus esse sapientiæ munera & veluti lineamenta quibus Roma constat.

Vt autem cognoscatis, quantum Sanctitatis hæc terris attulerit, in quo primum sapientiæ munus versatur, recognoscite hunc terrarum ambitum iactatum ea tempestate, qua locis omnibus ethnica su-

ſuperſtitio incubabat. Tam peſti-lens errorum lues, tam fœda animorum intemperies, tam flagitioſa morum turpitudo inficiebat penates, templa, gymnaſia, vrbes, prouincias, regiones, vt auſim dicere maculas illas, quas in Sole aduertimus, fuiſſe contractas præter morem id temporis quo Terras tam maculoſas illuminabat. Non potuit Sol non impalleſcere, non mutare lucis colorem violata vndecumque per vana & fœda ſimulacra Diuinitate, qui decedente Dei filio laborauit. Horreſco referre. Adorabantur pro Numine ſerpentes, lapides, arbores, morbi, ſcelera. Quis hanc teterrimam & vere auernalem

Ge-

Generis humani noctem discecit? Nonne Roma, vbi a Petro Christianæ fidei lampade accepta, eius victricem lucem in omnes plagas diffudit Dionysio in Gallias, in Germaniam Villebrordo & Bonifacio, Brunone in Prussiam, in Pannoniam Adalberto, Augustino in Angliam, alijsque in alias partes emissis veræ fidei phosphoris, quorum aduentu Deorum oracula, murmura Philosophorum, Zoroastris, Thianei, Idumeorum, Brachmanum tentamenta veluti terriculamenta vmbrarum euanuere. Sic nemora, lycea, oppida, elementa sensere sanctitatem, non minus terrarum quam animorum Solem. Cuius tamen

tales immortalitate donantis. Gratulor tibi Roma sortem tuam. Olim per potentiam illud summum ab Adulatione impetrasti, vt Romanus Princeps nuncuparetur Orbis locupletator; at nunc sponte sua Veritas id tibi ex sapientiæ merito tribuit, vt Romanus Pater nuncupetur locupletator Cæli.

Sed Cælum non locupletatur, nisi Principes obsequantur. Pharao si terram promissionis inuidet, impedit. Idcirco necesse est, vt Roma non modo Sanctitatem terris, sed etiam dominantibus insinuet ex reuerentia obsequium, quæ est altera sapientiæ pars. Me dies deficeret si ex integro vellem referre, quàm

con-

constanter id Roma præstiterit aduersus omnia Dominantium machinamenta, vt plane constiterit Romam non modo nomine, sed reipsa esse Robur & terræ & Cæli. Quantum Orientis Regia Romam extimuit, trepidantibus ad eius minas Basilisco, Zenone, Anastasio, Leone, Copronymo, Alexio, alijsque qui antea insultabant? Quantus Occidentis Regiæ ex Romano fulmine terror! Othone, Henrico, Friderico, cæterisque non modo fasces, sed genua Romæ subijcientibus. Prætereo cæterorum obsequia Regum, non modo eorum, qui Christiana, qui Catholica, sed etiam Aliorum, qui barbara, qui aliena a Cælo regna-

tuen-

ſed ſanctitate terrarum: non elementorum gratia, ſed obſequio Principum: non deliciarum amænitate, ſed quiete populorum, idoneum illi præſidium atque inſtrumentum ad hæc comparanda ſuppeditauit: videlicet Sapientiam, cuius compos, & naturæ opibus ſuperior, & Cælo cognata eſſet, ideoque iure ſuo Cæli vicaria.

Verum nollem, vt quiſquam veſtrum audito ſapientiæ nomine, aliter eius rationem geniumque interpretaretur, quam reuera exiſtit, crederetque illam otioſam, ſolitariam, ſibique vt indulgeat, nectare contentam & Cælo. Conſiſtit quidem ſapientia trans terræ, Cælique

vias

vias in ſupremo Diuinitatis adyto, ibique nectare veſcitur & ambroſia; ſed hoc non contenta, ipſam Diuinitatem per Sanctitatis miniſteria proponit hominibus venerandam. Potentiam Creatoris contemplatur ſiue in excitanda, ſiue in adminiſtranda rerum vniuerſitate, ſed comprimit Eadem potentiam Principum, ne poteſtate abutentes aut negligendo diuina, res humanas euertant. Fruitur etiam ſolitudine ac ſeipſa, poſita extra fulmina, extra turbines, extra ſcopulos, extra fluctus; attamen huius quietis participes facit populos, fulmina diſijcit, ſedat turbines, ſcopulos arcet, fluctus componit: eadem

& diuersa, sui tenax & prodiga: rerum spectatrix & arbitra. Et hanc de sapientia sententiam præscripsit Sectatoribus Socrates, Plato in Academia, in pædia Xenophon, Aristoteles in Peripato, in Stoa Zeno, Ægyptij, Druidæ, Gymnosophistæ in Ethnica Theologia, in Christiana Ambrosius, Augustinus, alijque qui hanc sapientiæ rationem expressere commentarijs & exemplis. Id ipsum indicant Poetæ, dum fingunt Palladem pro Ioue pugnantem, perdentem Titanas, Cælum tranquillantem. Sola sapientia Deum tuetur. Non potentia perdit potentes, sed sapientia. Sapientia sola orbem tranquillat. Atque

que hæc est propria Romæ prærogatiua Deum tueri per sanctitatem, per obsequium Principes frænare, prospicere Populis per quietem. Idcirco Roma pingitur ornata more Palladis galea, hasta, clypeo. Galea tegit sanctitatem, obsequium extorquet hasta, clypeus affert securitatem. Et hæc tria diximus esse sapientiæ munera & veluti lineamenta quibus Roma constat.

Vt autem cognoscatis, quantum Sanctitatis hæc terris attulerit, in quo primum sapientiæ munus versatur, recognoscite hunc terrarum ambitum iactatum ea tempestate, qua locis omnibus ethnica su-

ſuperſtitio incubabat. Tam peſtilens errorum lues, tam fœda animorum intemperies, tam flagitioſa morum turpitudo inficiebat penates, templa, gymnaſia, vrbes, prouincias, regiones, vt auſim dicere maculas illas, quas in Sole aduertimus, fuiſſe contractas præter morem id temporis quo Terras tam maculoſas illuminabat. Non potuit Sol non impalleſcere, non mutare lucis colorem violata vndecumque per vana & fœda ſimulacra Diuinitate, qui decedente Dei filio laborauit. Horreſco referre. Adorabantur pro Numine ſerpentes, lapides, arbores, morbi, ſcelera. Quis hanc teterrimam & vere auernalem
Ge-

Generis humani noctem disiecit? Nonne Roma, vbi a Petro Christianæ fidei lampade accepta, eius victricem lucem in omnes plagas diffudit Dionysio in Gallias, in Germaniam Villebrordo & Bonifacio, Brunone in Prussiam, in Pannoniam Adalberto, Augustino in Angliam, alijsque in alias partes emissis veræ fidei phosphoris, quorum aduentu Deorum oracula, murmura Philosophorum, Zoroastris, Thianei, Idumeorum, Brachmanum tentamenta veluti terriculamenta vmbrarum euanuere. Sic nemora, lycea, oppida, elementa sensere sanctitatem, non minus terrarum quam animorum Solem. Cuius tamen

tales immortalitate donantis. Gratulor tibi Roma sortem tuam. Olim per potentiam illud summum ab Adulatione impetrasti, vt Romanus Princeps nuncuparetur Orbis locupletator; at nunc sponte sua Veritas id tibi ex sapientiæ merito tribuit, vt Romanus Pater nuncupetur locupletator Cæli.

Sed Cælum non locupletatur, nisi Principes obsequantur. Pharao si terram promissionis inuidet, impedit. Idcirco necesse est, vt Roma non modo Sanctitatem terris, sed etiam dominantibus insinuet ex reuerentia obsequium, quæ est altera sapientiæ pars. Me dies deficeret si ex integro vellem referre, quàm con-

conſtanter id Roma præſtiterit aduerſus omnia Dominantium machinamenta, vt plane conſtiterit Romam non modo nomine, ſed reipſa eſſe Robur & terræ & Cæli. Quantum Orientis Regia Romam extimuit, trepidantibus ad eius minas Baſiliſco, Zenone, Anaſtaſio, Leone, Copronymo, Alexio, aliiſque qui antea inſultabant? Quantus Occidentis Regiæ ex Romano fulmine terror! Othone, Henrico, Friderico, cæteriſque non modo faſces, ſed genua Romæ ſubijcientibus. Prætereo cæterorum obſequia Regum, non modo eorum, qui Chriſtiana, qui Catholica, ſed etiam Aliorum, qui barbara, qui aliena a Cælo regna-

tuen-

tuentur. Vos teſtor Daci, Cumani, Bulgari, Æthiopes, Scythæ, Moſchi, Sinenſes, Iapones, Armeni, aliique externæ Diſciplinæ Principes cuinam niſi Romæ vota, corda, regna, vel ſubiecistis, vel obtuliſtis? Plena ſunt litora, plenæ prouinciæ, plena loca omnia veſtigijs Regum Romam venerantium. Vbinam niſi Romæ ſpectantur Principes, Reges, Cæſares prono corpore faſces, thyaras, coronas, ſceptra, diademata abijcere, accipere? Vbinam niſi Romæ Romanorum Imperator ſtratoris & ſerui officio gloriatur, vt ſuum erga Romam obſequium conteſtetur, Capitolio adorante Vaticanum? Vſque adeo ſupra poten-
tiam

tiam eminet ſapientia! fuerit olim ingens decus Romæ potentis,regere imperio populos, at Roma ſapiens regit imperio Reges; quippe Regnum in proprios greges, Reges in ipſos imperium eſt Romani Patris.

Ex hoc Principum obſequio trahitur quies Populorum, quæ eſt & poſtremum ſapientiæ lineamentum, & erit etiam poſtrema orationis meæ linea. Hæc autem quies tanti refert, vt in eius conſtantia vertatur publice cardo felicitatis; vacillat enim quidquid eſt inquietum, & niſi vacillat, certè conturbat. Quid eſt Cælo illuſtrius? quid æquore iucundius? at ſi hæc cõcutiantur

tur ventorum turbine, impetu aquarum, nubium fluminumque tempestate, nihil obscurius, nihil horridius, molestius nihil. Ita se habent res humanæ, vt si commoueantur, abeant in calamitatem. Hic igitur labor omnium, ac præsertim dominantium esse debet, curare, vt nihil moueatur, & mota quiescant. Verum id sapientia sola obtinet, præsertim exercitatione bonarum artium, diuinarum, humanarumque professione doctrinarum, vno verbo studijs literarum siue spectent ad Humanitatem, siue ad Philosophiam & Iurisprudentiam, siue ad Geometriam & Astronomiam, siue ad Theologiam, Sacram-
que

que literaturam. Hæc nempe studia non modo adolescentiam informem moribus, & cupiditatibus inquietam sanctè formant & tranquillè firmant, verùm etiam cuiuscumque ordinis homines instructis documentis tanquam velis remisque in portum ducunt: sedant omne perturbationis genus: omne quietis adminiculum præbent: Populos coniunctos fouent, disiunctos nectunt: pacem, militiam, religionem, principatum, leges, mores, iura, fata, animos, agros, domos, familias, vrbes, prouincias, regna æterno fœdere componunt: sustentant denum quamlibet generis humani fortunam, secundam ornant solantur ad-

aduersam, cadentem morantur, subleuant iacentem, efficiuntque vt mortales perturbationis expertes, hauriant felicitatem ex ipso cratere Infelicitatis, & Mortalitatis ex vbere sugant immortalitatem.

Quis autem non intelligit, quam egregie Roma, vti reliquas, ita hanc etiam Sapientiæ partem expleuerit, dum Rempublicam Christianam ordinauit, recreauit Orientem, Occidentem seruauit depulsa superstitione, hæresi profligata, accisa discordia, Bellona exarmata, firmata quiete; vt meritò nuncupetur nauis & anchora fluctuantium populorum. Sic prospexit per Leonem primum Græciæ iactatæ, destituta

Si-

Siciliæ per Gregorium Magnum, per Leonem Tertium Imperio Romano nutanti, periclitanti Palæstinæ per Vrbanum Secundum, per Honorium Tertium Septentrioni gementi, iacenti Scythiæ per Vrbanum Quintum, ac demum nuper per Tertium decimum Gregorium vniuerso Terrarum Orbi cadenti, excitatis vbique bonarum artium Gymnasijs, quæ sunt publicæ tranquillitatis & cunabula & propugnacula. Et reuera si res gestas Maiorum scrutamur, planè liquebit præcipua Romanæ instrumenta magnitudinis fuisse bonas artes cum religione coniunctas, hoc est instrumenta sapientiæ: neque vllum immis-

pulcherrimos dies paulò post corrupit infandus Hæresum vapor quo afflatus confususque Orbis terræ euasit pila Stygis, & Protheus monstrorum, se miratus esse modo Arianum, modo Manichæum, modo Macedonianum, ac demum Luterianum hoc est tartareo luto coopertum, tanta cum clade Christiani nominis, vt parum profuisse videatur abijcere simulacra Deorum, dum mentium figmenta coluntur. Quis tamen hanc hæresum monstrosam lucem dissipauit, nisi Roma, modo immissis in aciem Abundio, Vincentio, Hilario, Hosio, alijsque heroicis militibus, qui nascentia monstra manu herculea demeterent,

mo-

modo religiosorum Ordinum oppositis legionibus, quæ fidei Spartam tuerentur pectore plusquam Spartano: modo per Concilia Romana, Nicæna, Ephesina, Constantinopolitana, Viennensia, Lateranensia, Tridentina instructis vbique veritatis armamentarijs: modo etiam exerto & vibrato per anathemata fulmine, vt saltem terror & ipsa pareret ruina salutem? Insuper vnde accepimus sanctitatis ritus, leges, mores, mysteria, nisi Roma dante vel probante? Vnde in Cælum hoc est in metam Sanctitatis conscendimus nisi è Romano colle? immò vnde Cælum ipsum per sanctitatem locupletatur, nisi è suffragio Romæ mor-

tales immortalitate donantis. Gratulor tibi Roma sortem tuam. Olim per potentiam illud summum ab Adulatione impetrasti, vt Romanus Princeps nuncuparetur Orbis locupletator; at nunc sponte sua Veritas id tibi ex sapientiæ merito tribuit, vt Romanus Pater nuncupetur locupletator Cæli.

Sed Cælum non locupletatur, nisi Principes obsequantur. Pharao si terram promissionis inuidet, impedit. Idcirco necesse est, vt Roma non modo Sanctitatem terris, sed etiam dominantibus insinuet ex reuerentia obsequium, quæ est altera sapientiæ pars. Me dies deficeret si ex integro vellem referre, quàm

con-

constanter id Roma præstiterit aduersus omnia Dominantium machinamenta, vt plane constiterit Romam non modo nomine, sed reipsa esse Robur & terræ & Cæli. Quantum Orientis Regia Romam extimuit, trepidantibus ad eius minas Basilisco, Zenone, Anastasio, Leone, Copronymo, Alexio, alijsque qui antea insultabant? Quantus Occidentis Regiæ ex Romano fulmine terror! Othone, Henrico, Friderico, cæterisque non modo fasces, sed genua Romæ subijcientibus. Prætereo cæterorum obsequia Regum, non modo eorum, qui Christiana, qui Catholica, sed etiam Aliorum, qui barbara, qui aliena a Cælo regna

tuen-

tuentur. Vos testor Daci, Cumani, Bulgari, Æthiopes, Scythæ, Moschi, Sinenses, Iapones, Armeni, aliique externæ Disciplinæ Principes cuinam nisi Romæ vota, corda, regna, vel subiecistis, vel obtulistis? Plena sunt litora, plenæ prouinciæ, plena loca omnia vestigijs Regum Romam venerantium. Vbinam nisi Romæ spectantur Principes, Reges, Cæsares prono corpore fasces, thyaras, coronas, sceptra, diademata abijcere, accipere? Vbinam nisi Romæ Romanorum Imperator stratoris & serui officio gloriatur, vt suum erga Romam obsequium contestetur, Capitolio adorante Vaticanum? Vsque adeo supra poten-
tiam

tiam eminet ſapientia! fuerit olim ingens decus Romæ potentis,regere imperio populos, at Roma ſapiens regit imperio Reges; quippe Regnum in proprios greges, Reges in ipſos imperium eſt Romani Patris.

Ex hoc Principum obſequio trahitur quies Populorum, quæ eſt & poſtremum ſapientiæ lineamentum, & erit etiam poſtrema orationis meæ linea. Hæc autem quies tanti refert, vt in eius conſtantia vertatur publicæ cardo felicitatis; vacillat enim quidquid eſt inquietum, & niſi vacillat, certè conturbat. Quid eſt Cælo illuſtrius? quid æquore iucundius? at ſi hæc cõcutiantur

tur ventorum turbine, impetu aquarum, nubium fluminumque tempestate, nihil obscurius, nihil horridius, molestius nihil. Ita se habent res humanæ, vt si commoueantur, abeant in calamitatem. Hic igitur labor omnium, ac præsertim dominantium esse debet, curare, vt nihil moueatur, & mota quiescant. Verum id sapientia sola obtinet, præsertim exercitatione bonarum artium, diuinarum, humanarumque professione doctrinarum, vno verbo studijs literarum siue spectent ad Humanitatem, siue ad Philosophiam & Iurisprudentiam, siue ad Geometriam & Astronomiam, siue ad Theologiam, Sacram-
que

ie literaturam . Hæc nempe studia non modo adolescentiam inermem moribus, & cupiditatibus quietam sanctè formant & tranquillè firmant, verùm etiam cuiusmque ordinis homines instructis documentis tanquam velis remisque portum ducunt: sedant omne perturbationis genus: omne quietis adminiculum præbent: Populos coniunctos fouent, disiunctos nectunt: pacem, militiam, religionem, principatum, leges, mores, iura, ta, animos, agros, domos, familias, bes, prouincias, regna æterno fœdere componunt: sustentant deum quamlibet generis humani rtunam, secundam ornant solantur ad-

aduersam, cadentem morantur, subleuant iacentem, efficiuntque vt mortales perturbationis expertes, hauriant felicitatem ex ipso cratere Infelicitatis, & Mortalitatis ex vbere sugant immortalitatem.

Quis autem non intelligit, quam egregie Roma, vti reliquas, ita hanc etiam Sapientiæ partem expleuerit, dum Rempublicam Christianam ordinauit, recreauit Orientem; Occidentem seruauit depulsa superstitione, hæresi profligata, accisa discordia, Bellona exarmata, firmata quiete; vt meritò nuncupetur nauis & anchora fluctuantium populorum. Sic prospexit per Leonem primum Græciæ iactatæ, destitutæ

Si-

Siciliæ per Gregorium Magnum, per Leonem Tertium Imperio Romano nutanti, periclitanti Palæstinæ per Vrbanum Secundum, per Honorium Tertium Septentrioni gementi, iacenti Scythiæ per Vrbanum Quintum, ac demum nuper per Tertium decimum Gregorium vniuerso Terrarum Orbi cadenti, excitatis vbique bonarum artium Gymnasijs, quæ sunt publicæ tranquillitatis & cunabula & propugnacula. Et reuera si res gestas Maiorum scrutamur, planè liquebit præcipua Romanæ instrumenta magnitudinis fuisse bonas artes cum religione coniunctas, hoc est instrumenta sapientiæ: neque vllum immis-

missum, vel ab Inferis decumanum fluctum, vel a Cælo decretorium nimbum, quem illa non increpuerit & frænauerit adhibita in consilium sapientia: & è contrario Romam neglecta Sapientia degenerasse a Roma, quæ nihil aliud est quam sapere; Constat enim summo Pontifice, Purpuratis & publicis rerum Administris, veluti Cælum Sole & astris. Hi autem more Solis & Astrorum, aliquo bonarum artium splendore, vel lucent, vel scintillant. Appello te ò Cælum, cuius arbitrio vrna Pontificum voluitur, nonne te destinante eadem fermè fuere maiestatis & sapientiæ nomina? adeò vt in altissimo Vaticani vertice emineant

neant non modo Olympus, sed etiam non raro Parnassus. Scientia & Deum facit & Dei Vicarium. Appello te, Orbis terrarum, quos Purpuratos (vt omittam aliorum munerum Patres) quos Purpuratos, inquam, Roma in omnes partes legauit, vt pacis fœdera, iura concordiæ, quietis præsidia inter Latium & Græciam, inter Orientem & Occidentem, inter Pontifices & Cæsares, inter Reges, Principes, Antistites, Populos firmarent, ac sancirent? rudes ne homines, & imperitos? an potius Bessarionem Trapezunzium, Iulianum Cæsarinum, Nicolaum Albergatum, Nicolaum de Cusa, Ægidium Viterbiensem, Iacobum

odaletum , Hieronymum Aleandrum, Reginaldum Polum, Marcellum Ceruinum, Ioannem Moronum, Vincentium Laureum , aliosque innumeros omni doctrinæ genere instar stellarum emicantes ? Nempe solus Mercurius hoc est literarum Deus fœdera pertractat. Te demùm appello, Aula Romana, quosnam seu priuatarum, seu publicarum rerum administros probas, doctos ne ? an indoctos ? Vel amas doctos, vel æstimas: indoctos potes timere, æstimare non potes. Idcirco qui suam Romæ operam adprobare cupit, vtatur oportet sapientia vel sua, vel aliena.

Atque hæc a me dicta, cum

Ve-

veteris Magnitudinis laudibus comparata citra exceptionem abunde ostentant, Romam esse Maiorem ex Sapientia, quam fuit ex potentia.

SVAVITER ET FORTITER

SIVE

Optimum Ecclesiæ Regimen

ORATIO VI.



I quid est in scena mortalitatis, ad æternitatis clepsydram, continuata eloquentiæ ac famæ pompa

Posteritati commendandum, illud maxime videtur, quod absolutam continet felicitatis humanæ rationem, ipsamque mortalium gentem tot periculis, tot naufragijs iactatam in portu collocat immortalitatis; optimum videlicet ac salutare Christianæ Reipublicæ regimen. Itaque rem acturum me censui, & omnibus gratã, & nostris temporibus opportunam, si more maiorum in Gregorij XIII. anniuersario funere peroraturus, repræsentauerim per machinas officiosæ veritatis eius optimum Pontificatum à Sapientibus, à Principibus, ab omnis generis Ordinibus, Nationibusque vniuersis comprobatum, vt censeatur,

tur, ſi non anteponendus omnibus certè nulli poſthabendus, atque in eodem obſeruauerim ſingulares Imperij Diuini prærogatiuas, quæ illo perbreui oraculo indicantur; SVAVITER ET FORTITER.

Etenim gemina ſunt, eaque altiſſima humani pectoris vulnera, impatientia ſeruitutis ſi ſeruias, & niſi ſeruias, arrogantia libertatis, quæ atrociſſimo,& nunquam ceſſante morſu tam intimè inquietant, exulcerantque mentem ſuapte ſponte, ac innato ambitionis genio ad turbida conſilia anhelantem, vt vno eodemque impetu ſecum trahant omnium ruinam: præcipitante Republica,dum priuata,ſeù modeſtia,

ſeù fortuna præcipitat. Quapropter ſummus ille rerum arbiter & curator Deus, cum conſtituiſſet per Principatum, & Hominum imperia humanas res moderari, ſciretque bona a mortalibus quæcumque ſint, tam peſſimo fato tractari, vt hanc malorum atrocitatem habeant pediſſequam, & ſi adhibeas remedia, illa euadere plerumque grauiora malis, & eſſe potius incrementa morborum, quam medicamenta; quippe quæ vel non ſanant quod corrupta, vel offendunt quod acerba; præſcripſit Dominantibus decretoriam imperandi formulam non tam lege quam exemplo, quod eſt lege validius, vt ſcilicet Principes mo-
rem

rem Numinis imitantes, moderentur ac disponant omnia Suauiter ac fortiter. Hoc ergo exemplar sibi Gregorius imitandum proposuit, quo exprimeret dominationem potentiæ diuinæ vicariam, eòque Ecclesiæ opportunam.

Cum autem in regno Naturæ principium, fundus, ac neruus Naturalis potentiæ sit Seminarium virium, Terræ inditum ad germina educenda, educanda, tuenda, ita etiam Humano Principatui ad opera necessaria excitanda, augenda, conseruanda primùm inesse debet publicum Ærarium, quod sit veluti Seminarium potentiæ, pacis armamentarium, patrimonium Militiæ

communis vitæ Officina, quo si Princeps careat, frustra subiectas pedibus prouincias numerauerit, frustra ostentauerit magnitudinem Populorum pendentium a solio & nutu, frustra immensas Militum copias eduxerit in aciem animo & ferro formidolosam: frustra fasces, arces, munimenta & reliqua instruxerit securitatis & gloriæ siue subsidia, siue præsidia. Ærario gemente quodcumque potentiæ corpus degenerat in cadauer: immò vnum idemque iacturæ genus habetur Ærarium exhaurire & exanimare Principatum; non enim Hostium Romanos fines vastantium violentia, sed prodigentia Cæsarum Romanas opes di-

dilapidantium Capitolium perdidit; Inde cum soluendo non esset, a legionibus stipendio fraudatis itum est ad seditionem, non ad defensionem: inde Populi grauioribus iusto tributis sollicitati maluere sanguinem dare perduellem rebellando, quam aurum seruile obtemperando: an fatali omine Iulius Cæsar non ante occupauit Rempublicam, quam Ærarium expilauit? quasi eadem sit vtriusque conditio.

Itaque Gregorius, cum ex vna parte statuisset sedare potius collatis beneficijs quam prouocare illatis vectigalibus lamenta Populorum, & ex alia intelligeret non esse turbanda Ærarij Apostolici momenta,

qui-

quibus & ditio Pontificia & vni-
uersa pene Christiana Respublica
librantur, suaui fortique tempera-
mento, dum priuatæ inopiæ consu-
lebat, publicæ quoque opulentiæ
consuluit; siquidem modo pluri-
ma loca situ & squalore iacentia
colonis admotis impensisque operis
in perennes fructus excoluit: modo
pinguia & opima prædia, quæ in
largissimos prouentus exuberarunt,
dato pretio coemit: modo vtilia
oppida, quæ clientelæ iure ad Pon-
tificis possessionem reuoluebantur,
constanter & sollicitè recuperauit
tanto cum fœnore, vt Apostolico
Ærario adiecerit per annuum æter-
numque prouentum aureorum
cen-

centena millia. Hic ſane tuum agnoſco ingenium, Gregori, dum aurum collocare maluiſti quam colligere, nec in arca collocaſti, vel in arce, ſed in fructu.

Poſt Ærarium Apoſtolicum offert ſe Roma principatus Apoſtolici cor & Regia. Quis autem hoc audito nomine non percipit, quam ſuaue ſit, quam forte dominationis genus, quod exercetur in eam Vrbem, quæ ab incunabulis ſueta regere, non regi: dicere leges, non audire: dare Cæſares, non accipere, adhuc in ſepulcralibus ruderibus ſpirat illam primæuæ magnitudinem indolis ſceptra, thiaras, diademata, ſeu increpantis, ſeu indignantis

tis, quæ ſpirat Capitolij ruinas, ſe
ſupra Capitolium attollit Vatica
num : deſiderat veterem Senato
rum turbam, ſed gloriatur nouo
Purpuratorum Senatu planè regio
quæ viduata Cæſare, adorat in ſinu
ſuo maiorem Cæſare Pontificem,
cuius caput Deo eſt proximum : cu-
ius manus Cælum ſuſtinent, cuius
pedes globum terrarum veluti hu-
manæ fortunæ arbitri conuoluunt,
cuius ſolium calcat ſolia. Sed quem-
admodum triplex eſt Pontificis ſu-
pra reliquos Principes Corona, ita
triplex eſt authoramentum, quo Ro-
ma ſupra reliquas Vrbes coronata
non citra admirationem ſuſcipitur
ab omnibus & omnia deſpicit citra
in-

inuidiam ; videlicet opportunitas domiciliorum, in quibus aut corpora curantur ad sanitatem, aut ingenia educantur ad Sapientiam: Sanctitas Tribunalium, ex quorum decoro conflictu quæsitæ splendor æquitatis effulget: ac demum Dignitas Aulæ, quæ suam dispergit cum Sole maiestatem.

Etenim homo cum sit medius inter Angelos & animantia, corpore constat & ingenio, adeoque Princeps, dum hominis gubernacula suscipit, nisi etiam suscipiat coniunctas corporis, & ingenij curas, nomen quidem Principis retinet, sed diuidit officium. Idcirco vester ille Gregorius, ò Mortales, qui quo-

dammodo ſuper Cherubim ſedeb
Principum habenas moderans: ſ
per pennas ventorum ambulaba
facta Nationum recognoſcens; N
ſocomia ægrotum, puerorum Sch
las, Collegia adoleſcentum, & ſuau
ter Pontificia præſentia iuuabat,
fortiter Pontificia auctoritate firma
bat. Rogatus a Carolo Borrome
ſanctiſſimo viro, & a Carolo Lotha
ringo clariſſimo Principe, vt cuiu
dam domicilij erudiendæ Iuuentu
ti deſtinati ærumnas ſubleuaret, an
nuit; ſed comperto, complures obtre
ctare, quaſi poma darentur Alcino
& aurum proijceretur in Tagum,
repente adducto Procerum & Pur-
puratorum comitatu ad huiuſmodi
do-

domicilium accedit: lustrat omnia: demum grauiore supercilio & sono ad eos conuersus: Annon, inquit, hæ angustiæ subleuandæ? statimque disiecto ingentium difficultatum obice, eam ædificij molem parari iussit, quam Roma miratur vti summam, & Europa probat vti necessariam.

Si tantum Scholarum commoditati tribuit, quantum tribuerit oportet Tribunalium sanctitati: qua periclitante, totius summa Principatus periclitatur. Solij Basis est Tribunal; & vrna tuetur quod sceptra tenent. Testare Roma & repræsenta Gregorium non modo caussas cognoscentem, sed & tribuna-

na-

nalia recognoſcentem : ipſa propemodum Iuſtitia trepidante non quod offenderetur, aut offenderet, ſed quod Pontificis omnia incorrupte diſpicientis aciem ſemper vigilantem vereretur i. Vos certe id temporis exulaſtis Calumnia, Auaritia, Fraus & cæteræ Tribunalium peſtes, veluti Nocturnæ vmbræ fugientes meridianum iubar: Apertis vbique publicæ audientiæ foribus palam dominatrice manu libellos accipiebat, & domi ſolitaria mente expendebat, imò tribunal Iudicis Diuini cuius perſonam referebat, imitatus, eodem tempore audiebat Actores, Reos, Teſtes, vt Calumniæ & laruam detraheret, quod poſſunt
Pri-

Priuati, & audaciam, quod debent Principes. Concionatorem Pontificium Vir doctissimus detulerat quasi non piè locutum. Perturbauit hæc accusatio Gregorium. quid consilij cepisse putatis? An rem Iudicibus commisit? Nihil minus. Vtrumque ad se accersiuit, ijsque extra arbitros auditis castigato Accusatore Concionatorem absoluit. Sic Pontificio exemplo quantum veritatis cognoscendæ studium inesse Principibus debeat, ostendit.

Vsque adeo regnante Gregorio Aula Romana emporium fuit æquitatis, imò Dignitatis hoc est vere Romana. Siquidem is altissima præditus indole, ac supremo

Generis Humani gradu potitus a-
nabat adesse pompam, honorem,
magnificentiam lateri suo parem;
sed robur & neruum Maiestatis re-
ponebat in comitatu Magnarum
animarum spirantium auram diui-
niorem: incedebat inter reliqua
capita quamuis excelsa maior, &
vertice & dignitate & genio; ac ve-
luti Sol illuminabat subiecta sidera
Tunc Romana Purpura Gregorian
splendore imbuta intra Nationum
solia, intra Conclauia Regum, intra
Cæsarum diademata perlucens, ve-
rè sanguinis regij hausit colorem &
honorem auxit. Tunc Aula Roma-
na, supra veterum præconia, osten-
dit suo in gremio florem Terræ ho-
est

est innumeros Principes & Florem Cæli hoc est plures summos Pontifices. Tunc Romam veluti Terrarum Gentiumque Deam, aut certe moderatricem missis legatis & muneribus adorarunt Italia, Hispania, Gallia, Germania, Polonia, Suetia, Moscouia, Græcia, Persia, & extrema Orbis linea Iaponia; imò & Romanorum Imperator, & Turcarum Tyrannus, ille remisso Ioanne Palæologo ad Romanum tribunal, vnde aufugerat, ne Gregorio displiceret: hic emancipatis omnibus ex Romana Ditione captiuis, vt Gregorio placeret. Tunc audita est illa Hæreticorum Principum, sed Catholicis memoranda vox: Sedem

Apoſtolicam, ſi Pontifices Gregorio ſimiles daret, fore omnium Terrarum dominam. Quoniam vero vti Luna oppoſitu Terræ, ita Aula oppoſitu Nobilitatis laborat, ac ferè quo maior eſt obſequentium ſplendor, eò minor eſt obſequij terror, Gregorius pari cura expreſſit ab Aula & obſequium, & ſplendorem. Cognoſcite ex leuiſſima vnguis impreſsione Leonem. Degebat Princeps clientelis, opibus, affinitatibus præpotens ac magno Regi primarijſque Italiæ Principibus cognatus, cuius in ædes confugerat ſicarius. Mittitur a Prætore Lictorum agmen: impeditur & repellitur. Magna inde Romam inceſsit animo-

rum

rum consternatio, & expectatio; conniueret Pontifex? at Pontificiæ culmen authoritatis intercidebat. vlcisceretur? Vrbs factioso satellite, tumultu, seditione opplebatur. Vnico dicto turbinem discusſit. Non decet, inquit, sub ijsdem tectis tantum Principem & talem Sicarium degere: abeat ergo Princeps domo & etiam Roma. Abijt ille vel inuitus. Quid suauius struendæ vltioni? Quid authoritati tuendæ fortius?

Atque id Romæ; quid in vniuersa Pontificia ditione, cuius reddidit non modo terras & semitas incolentibus opportunas, sed ipsas ærumnas & pœnas patientibus iucun-

das? Si locusta, si morbus, si grando, si fames, si paupertas, si lues, si quodcumque aliud malorum genus ingruebat, statim aderat vindex ac multiplex Gregorij manus, quæ suauiter vtiliterque pretiosa, vertebat ferrea mala iu aurea poma; & fabula quidem censeatur, olim a Dracone fuisse in Hesperidum horto aurea poma custodita; nunc verè dixerim fuisse a Dracone Boncompagno aurea poma in Horto Parcarum sata, hisque aureis pomis Pontificiam ditionem custoditam; neque enim hic Draco è terra ortum habuit, sed è cælo, adeoque non fudit venena, sed lac & mel. Oro vos, Quodnam fuit hominum genus, cui

Gregorius non profuerit? Turbam ærumnosam recreauit solatio & remedio; Iuuentam alimento & documento: populum annona & ædificio: Milites priuilegio & expeditione: Opifices lucro & immunitate Literatos gratia & honore: Nobiles subsidio & magistratu: Purpuratos prouentu & auctoritate: Pontifices gloria & Palatio Quirinali excitato: Superos demum ipsos reuerentia & magnificentia; priuatim enim reuerenter nudo genu, nuda in humo; publice vero tam magnifice eos precabatur, vt idem in Gregorio videretur flectere precibus superos & homines legibus: mouere Cælum votis ac terram imperijs. Fas tamen

men mihi sit, ò superi, vobiscum conqueri quod Gregorij Pontificatus tam beneficus inciderit in ætatem pene veneficam, cum Pontificia ditio Grassatorum, Prædonumque furijs lacerata non potuit, aut omnia commoda libare, aut vitare omnia incommoda. Sed hoc ipsum pars fuit beneficiorum, quæ per Gregorium Superi nobis impertiuere, vt scilicet, dum reliquas terras monstrosa, & nullo mitigata fomento calamitas vrgebat, Ditio Pontificia experiretur clementissimi Pontificis caritatem, quæ lambit, ne vrat. Facillimum est ægro corpori admouere ferrum, & flammam, sed difficillimum ferro & flammæ modera-

rari, ne violent cum ægra parte sanioreni: plus nempe Reipublicæ nocet vnus innocenter violatus quā plures nocentes tolerati. At retracto meam orationem. Nemo seuerius Gregorio egit, nemo fortius. Hic suauissimus Pontifex, vbi ratio & iustitia instabant, nemini pepercit nec suis. Auenionensem tractum tot hostibus, tot insidijs, tot coniurationibus a Catholicis, ab Hæreticis, a Ciuibus, a Principibus agitatum firmauit per solam seueritatem; eiusque perturbatores vita, fortuna, patria multatos veluti pullulantia hydræ capita contriuit claua plusquam Herculea. Illa ipsa sicariorum & exulum agmina, quæ ante ip-

ipsius Pontificatum, iam Romam quatiebant, immissis Militibus, suppliciјs inflictis, terrore circumlato concussit tanquam sobolem Cadmæam: primarios, sed nefarios Vrbium, seu Ciues, seu Senatores, seu Dynastas continuit obiecto inexorabili vltionis decreto tanquam prætento Medusæo Capite: Sacrarum rerum violatores horrendè præcipitauit in Tartara, cruciatu anticipato nullumque omnino vltricis potestatis telum omisit, ne vel vnum quidem pontificiæ, sacræue rei ornamentum excideret. Non gratiam, non potentiam, non Populos, non Proceres, non Romam ipsam formidauit, iusso Arcis Æliæ
Præ-

Præfecto mortem in Vrbem per maiora tormenta iaculari, si quid aduersum salutaria ipsius mandata tentaretur; quippe neminem timet, qui omnes amat.

An licet, aliquid maius expectare a Pontifice, vt sit Optimus suauiter, & fortiter agendo? Verum ego Timantem imitatus expressi particulam, magni corporis documentum; nam sentio deesse mihi & tempus & ingenium & eloquentiam & laterum vires ad explicandam admirabilem illam Gregorianæ Animæ contentionem siue in Principibus Christianis cohibendis, vbi aberrarent; conciliandis, vbi discreparent; vbi feliciter arderent,

acrius

acrius incendendis: siue in Catholica Religione apud Catholicos ornanda, apud Sectarios asserenda, apud Ethnicos propaganda: siue in Christiana Republica ad Populorum, Morumque concordiam, ad virtutum bonarumque artium possessionem, ad vitæ sanctimoniam, amoremque posthumæ felicitatis commouenda: Siue in Genere humano per priuata consilia, per publica monimenta, per exempla, per imperia, per sacramenta ad Christi ouile vnumque Pastorem euocando. Quis memoret Gregoriani pectoris amabile robur & æs Charitum nodo triplex quo aurum & ferrum, fulgur & fulmen vibrabat nullo discrimi-

mi-

mine diadematis, & infulæ, ſceptri & calami, purpuræ & lacernæ, chlamydis & togæ; Oriente commoto, Occidente compoſito, Meridie recreata, incenſo Septentrione, vtroque Orbe conciliato, repurgata Terra, ordinato Cælo. Pandite omnia mortalitatis theatra, Academias, Vrbes, Prouincias, Regiones; oſtendite plagam, litus, angulum, quo Gregorius non extenderit manum, donando, & virgam, frænando. Appello vos vitia & monſtra terrarum. An non Gregorius vndique vos concuſsit per clementiam, & vbique decuſsit per ſeueritatem? Appello vos Virtutes & Gratiæ terrarum. Nonne vos Gregorij & bene-

neficentia vndique ornauit, & Constantia vbique consecrauit? Nos ipsi, non ne aduertimus hic renouata Gregorij memoria, quasi repetito Superum in Gigantas fulmine, impallescere improbitatem, hæresim contremiscere, superstitionem exanimari; gestire autem probitatem, veritatem exilire gaudio, religionem triumphare. Quapropter non casu Optimi Pontificis insigne fuit Draco, vt intelligeremus Draconem Tartareum qui (ceu Ioannes in Apocalypsi testatur) Ecclesiam persequebatur, a Gregorio fuisse debellatum, adeoque Ecclesiæ seruire vti prædam, non imminere vti prædonem. An etiam, v

con-

constaret, quemadmodum Deus Petro Ecclesiam inter Ethnicos fundanti, serpentes per visum obiecit deglutiendos, Ethnicæ superstitionis superatæ symbola; ita & Gregorio Ecclesiam aduersus Hæreticos sustentanti fuisse oblatum Draconem deuorandum, Hæresis prostratæ argumentum? Sed & illud licet obseruare, quod hæc diuina opera diuinis modis expressit suauiter & fortiter. Nullos Principes quamuis violatus offendit, nec timuit offendere, si quando publica commoda violàrent: non iniuriam pari vltione compensauit, sed tamen de iniuriæ grauitate per literas eos monuit & redarguit per amicos, nec iustitia

nec

nec caritate fraudata; paternæque simul lenitatis & authoritatis tenax. Reges inter se conciliauit, sed incusauit, si cum Hæreticis inducias aut cum Othomano sancirent: Nationes adiuuit auro & ferro: Græciæ cum Latio concordiam tentauit per pacata consilia, sed Græciæ Tyrannum turbauit per armata fœdera: Antistites obsequentes asseruit, refractarios abdicauit, atque omne prorsus hominum genus nullo discrimine & suauiter est prosecutus, si pro disciplina, & fortiter persecutus, si contra disciplinam starent. Quamquam Gregorij certa & singularis gloria censetur Catholicam Religionem, Christianam Rempublicam,

Ge-

Genus humanum ſuſtentaſſe per pa cificæ Mineruæ temperamenta, non per turbamenta ferocis Bellonæ conſilio, non impetu : verbo, non vulnere : amoris, non furoris violentia : non cruenta vaſtatione agrorum, ſed Apoſtolica omnium terrarum inſpectione, per quam praua ſemina erueret : extructis non propugnaculis, ſed ſeminarijs, per quæ proba exempla insereret : miſſis frequenter non belli Fecialibus, ſed amicitiæ Nuncijs, per quos ediceret Principibus, quid agendum : promulgatis non hoſtilibus libellis, ſed Tridentinis legibus, per quas indiceret Populis, quid cauendum : effuſa demum immenſa non ſanguinis,

aut lacrymarum, ſed beneficiorum eluuione, qua feliciter Eccleſiam irrigauit ad ſapientiam, ad ſanctimoniam fœcundauit, inundauit ad ſalutem. Sic Gregorius publicas priuataſque Mundi fortunas in tuto poſuit: ſic periclitantem Petri Nauem firmauit in fluctu tanquam in portu: ſic inter tumultuoſa Hominum tempora, & nutantia Principum exempla, dominantis Dei expreſſit & faſces & mores.

Verum ſit meta Gregorianæ laudationis Cælum, quod fuit Gregoriani meta Pontificatus; ingens enim tanti Pontificis laus exiſtimetur, prudentiæ machinis Terram libraſſe, ſed ingentior citra exceptionem

nem

nem existimanda est, nō modo Astronomiæ legibus Cælestes orbes ordinasse ; nam Gregorij ordinatione quodammodo perseuerat dies ; sed etiam Christi exemplo cælestem immortalitatem per pia animorum præsidia facilem, ac parabilem reddidisse, profusi ab eodem Christo sanguinis pretio liberaliter impertito : excitatis vbique gentium Apostolicis Collegijs : & emisso in Orbem terræ per igneas animas verbo Diuino.

Sic Obijt Optimus Pontifex & moriens accepit, vti traditur, testimonium beatitatis a Viro pietate insigni per extasim exclamante : En anima Pontificis Gregorij ab Ange-

L 2 lis

lis in Cælum deducitur. Vsque adeo Principes de Ecclesia SVAVITER, FORTITERQVE benemerentes, & suauiter amat Deus, & remuneratur fortiter. O felicem Gregorium! ò felicem illam ætatem, quæ Gregorium habuit; quamquam, & nostræ possumus ætati gratulari, quod & suum Gregorium habet.

IMAGO PVRPVRATÆ CONSTANTIÆ ORATIO VII.



OANNIS Baptistæ Cardinalis Pallottæ Vita integerrima, quatuor & septuaginta annorum vario experimento vbique comprobata postulat à nobis, vt non lamentemur eius iacturam, sed virtutem commendemus; eximia enim, ac insignis virtus hoc habet supra Astra, & supra Solem, vt magis luceat postquam cecidit, quàm dum lucet. Et magnus

gnus hic Vir ſatur iam gloriæ, atque tolerantiæ, quà ætatis grauitate, quà perennitate rerum geſtarum, quà etiam morborum contumacia ſuam videtur expleuiſſe mortalitatem, quæ niſi habeat metam viuendi, non habet gemendi modum.

Quare ad mæroris pompam leniendam, eius exponam imaginem, Conſtantiæ lineamentis deſignatam, tum quia hæc virtus comes indiuidua ipſius fuit, tum etiam, quòd Eccleſiæ Romanæ Principes, quemadmodum propria quadam veſte, ita propria quadam virtute eminent, purpura videlicet, atque Conſtantia, quarum altera per ſplendidum corporis habitum,

al-

altera per generosum animi robur exprimunt tantæ magnitudinem Dignitatis.

Suam verò Constantiam Ioannes Baptista omnibus approbauit: primùm Iura Ecclesiæ fortiter tuendo: deinde Virtutes Ecclesiæ tenaciter complectendo.

Ecclesia nihil est aliud, quàm dominantis Dei siue imperium, siue militia; militat Deo, quisquis Ecclesiæ militat; & huius Sacramenta, & Iura sunt vexilla, & insignia regnatricis Diuinitatis.

Itaque magnus hic Vir, cùm se huic militiæ mancipasset, in id tota mente, ac ætate incubuit, vt semper Ecclesiæ iura, incrementa,

præſidia citra metum vindicaret, quaſi Eccleſiæ libertas futura eſſet Ioannis Baptiſtæ Pallottæ Sparta.

Vix adultus, a Summo illo Ingeniorum Æſtimatore Vrbano Octauo in Luſitaniam miſſus, conſtantibus auſis Eccleſiæ cauſam ſuſtentauit, apertè teſtatus, malle ſe abire vita, quàm iure.

Romam ex Luſitania vocatus, eamque gubernare aggreſſus; vt neſcio quam nubeculam in Eccleſiæ Regia maculosè apparentem diſijceret, ſuæ fortunæ rotam impulit, ſi non in ruinam, certè in periculum, ſibi perſuadens, ſatiùs eſſe priuatam fortunam, quàm publicam honeſta-

tem

tem periclitari.

Mox cum potestate Apostolici Nuncij profectus tempore satis incommodo in Germaniam, nonmodò Ecclesiam propagauit compluribus Sectarijs sua, & aliena opera ad eam perductis; sed etiam eius authoritatem validè firmauit, adeò vt Ferdinandus II. Cæsar eum fecerit, & semper habuerit Piorum Consiliorum Conscium, Testem, Arbitrum. Vidit tunc Germania quid esset Catholicæ rei sperandum, dum Ferdinando aderat Pallotta.

Inde Purpura, & Ferrariensi Legatione ornatus totum sese impendit non suis, sed Ecclesiæ rebus

exornandis, augendis, propugnandis, non iram, nec inuidiam, nec ipſam potentiam veritus, quæ palam confeſſa fuit ſibi a nemine vnquam tantùm terroris illatum, quantùm ab hoc Purpurato. Ille enim terret ex vero, qui a potentia non terretur.

Demùm Romæ reliquo ætatis ſpatio commoratus; vbi Eccleſiæ negotia, iura, adminicula agebantur; nec labori, nec difficultati cedere, & omnia rerum aduerſantium obſtacula veluti monſtra inelu&abili mentis conatu elidere; intelligebat certè a nobis & Patri, & Patriæ plurima, ſed Eccleſiæ omnia deberi. quod cùm ſæpiùs aduertiſſet Innocen-

centius Decimus, non potuit sibi temperare, quin exclamaret: Purpuratis Viris in Ecclesiæ causa tuenda Ioannem Baptistam Pallottam esse imitandum.

Verùm hæc ardens Ecclesiæ tuendæ cura plerumque nascitur ex tenaci proposito, quo virtutes Ecclesiæ complectimur. Id studio arripitur, quod vita exprimitur.

Igitur a primis ferè vnguiculis viuendi rationes ad Ecclesiæ normam composuit, eiusque mores, virtutesque quàm potuit accuratissima & cogitatione, & actione complexus fuit, visus in hoc stadio Hercules.

Magni Patrui Euangelistæ Cardi-

dinalis consilió vsus, prima virtutum, ac literarum, quæ Virum Ecclesiæ mancipatum decent, fundamenta iecit in Seminario, & Collegio Romano, & tam altè hausit innocentiæ semen, vt nulla illum illecebra corrumpere, nec calumnia conturbare ausa fuerit; quippe hoc maximè cauebat, ne, spreta conscientia, mallet innocens apparere, quàm esse.

Tam firmiter etiam Sapientiæ amorem concepit, vt ad extremam vsque ætatem pro delicijs haberet, colere & audire Sapientes, nobilitare Academias, erudiendæ Iuuentuti vel Seminaria, vel adminicula parare, ratus per Sapientiæ seruitia, stare im-

imperia Ecclesiæ.

At quia euanescit non raro Innocentia, & Sapientia sæpe languescit absente Pietate, hanc virtutem primis, intimisque medullis exceptam tanti fecit, vt eam loco alterius animæ habuerit, adeòque Magnus hic Vir respirabat duplici spiritu, & animæ, & pietatis. Hinc orta est illa in sacris rebus curandis indefessa industria, illa in Religiosis Ordinibus componendis nunquam intermissa sollicitudo, illa in Virgine Lauretana ornanda magnanimitas plus quàm regia, nam rebatur, decora pietatis esse Ecclesiæ trophæa,

Ergo hisce tribus virtutibus, quasi fluminibus è Cælo ductis irri-

rigatus, facilè vniuersam Ecclesiam optimis vitæ, virtutumque exemplis irrigauit.

Decimo, ac septimo ætatis anno Tribunali gratiæ ad causas referendas admotus, tantùm robustæ facundæque prudentiæ præsetulit, vt Vir clarissimus eum audiens, illo elogio exornauerit. Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Quasi prænuntians, eum fore vocem, qua Veritas loqueretur.

Quapropter gratissimus fuit Paulo Quinto, ac Gregorio Decimoquinto, a quo impositus Ferrariæ, vices Legati absentis agens, in acerbo annorum flore maturæ caritatis specimen edit, dum vndique stimu-

mulatus, vt augeret panis pretium, per ingeniosam moram simul necessitati consuluit, & Paupertati.

Tota deinde vita, etsi cuncta edidit virtutum argumenta tam frequenter, ac magnificè, vt esset purpuratæ probitatis imago simul & speculum; tamen arbitratus, Ecclesiæ duas potissimùm conuenire virtutes, Iustitiam, & Temperantiam, harum decora mixtura condiebat quidquid agebat: Amator proborum, sed improborum seuerus vltor: Rempublicam adiuuabat ære dato, non accepto: contemptor corporis, & quietis: alimenta subtrahebat sibi, vt pauperes aleret: modestiæ ita retinens, vt a nemine sibi vnquam

pas-

passus fuerit vestimenta detrahi, aut imponi; Erubescebat enim Magnus Vir, qui mente sua, non aliena animum imbuebat, induere corpus manu aliena, non sua; Cruciatuum corporis, quibus mirum in modum vexabatur, adeò tolerans, vt incrementum doloris esset vigoris additamentum. Non haberet finem, vel modum Oratio, si omnia vellem enumerare. Igitur permittite, vt paucissimis verbis eius Constantiam complectar. Ioannes Baptista Cardinalis Pallotta Vir fuit omnium honorum, omnium laborum, omnium negotiorum, omnium hominum, omnium Virtutum.



FINIS.

